

MASTER
NEGATIVE
NO. 91-80391-6

MICROFILMED 1991

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES/NEW YORK

as part of the
“Foundations of Western Civilization Preservation Project”

Funded by the
NATIONAL ENDOWMENT FOR THE HUMANITIES

Reproductions may not be made without permission from
Columbia University Library

COPYRIGHT STATEMENT

The copyright law of the United States -- Title 17, United States Code -- concerns the making of photocopies or other reproductions of copyrighted material...

Columbia University Library reserves the right to refuse to accept a copy order if, in its judgement, fulfillment of the order would involve violation of the copyright law.

AUTHOR:

LINSENBARTH, OSKAR

TITLE:

DE APOLLONII RHODII
CASUUM SYNTAXI
COMPARATO...

PLACE:

LIPSIAE

DATE:

1887

Master Negative #

91-80391-6

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

88Ap7
DZ Linsen Barth, Oskar, 1847-
v.1 De Apollonii Rhodii casuum syntaxi comparato usu
Homerico. Dissertatio...quam... scripsit Oscarus
Linsen Barth... Lipsiae, typis R. Voightlaenderi,
1887.
84 p. 20 cm.

Thesis, Leipzig.

A volume of pamphlets

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35 mm

REDUCTION RATIO: 11

IMAGE PLACEMENT: IA IIA IB IIB

DATE FILMED: 12-30-91

INITIALS M.B.

FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT





AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910




301/587-8202



Centimeter



Inches



MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

88 Apz
n. o. 2

DE APOLLONII
RHODII CASUUM SYNTAXI
COMPARATO USU HOMERICO.

DISSERTATIO
INAUGURALIS PHILOLOGICA
QUAM
AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS
AUCTORITATE ATQUE CONSENSU
IN
LITTERARUM UNIVERSITATE LIPSIENSIS
AD
SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
RITE CAPESENDOS
SCRIPSIT
OSCARUS LINSENARTH
VIMARIENSIS.

LIPSIAE 1887.
TYPIS R. VOIGTLAENDERI CRUCENACENSIS.

Apollonii Rhodii sermo, quamquam in universum ad Homericum conformatus est, peculiarem tamen colorem praebet. Nam quamvis Apollonius Homerum imitatus sit, imitator videri noluit, sed non raro ab eius elocutione consulto descivit, morem aliorum poetarum epicorum et praegressorum et aequalium secutus, qui non solum ex Homeri carminibus sed ex aliis quoque litterarum monumentis, quod in rem suam converterent, petiverant. Huc praeter carmina epicorum Homero posteriorum imprimis lyricae et scaenicae poeseos opera praestantissima nec non prosae orationis praecipue historiae referenda sunt. Neque parvi momenti ad sermonem Apollonii fingendum cum ipsis tum grammaticorum aequalium studia in Homero interpretando collocata fuisse videntur. Itaque non mirum est, quod Apollonianum dicendi genus magis varietatis quam simplicitatis speciem prae se fert. Nihilominus Apollonius proprius quam aequales poetae, qui versu heroico usi sunt, ad sermonem Homeri accessit et licet multa immutaverit, plura tamen retinuit, sine dubio quod poematis sui natura, ut Homeri potissimum exemplum imitaretur, commotus est.

Qua de causa, cum eam syntaxeos Apollonianaee partem, quae est de casibus, tractandam mihi proposuerim, ita quaestiones meas instituendas esse censui, ut Apollonii sermonem cum Homericu conferrem. Cum autem, id quod iam monuimus, Apollonius non Homerum solum secutus sit, non inutile visum est, ubi deflexit ab Homero, exemplis allatis demonstrare, quatenus cum ceteris et vinctae et solutaे orationis scriptoribus congrueret. Atque e poetarum quidem numero praecipue Hesiodi, Pindari, tragicorum,

e sermonis pedestris scriptoribus Herodoti elocutionis vestigia deprehendi. Attamen non paucae locutiones in Argonauticis obviae restant, quarum nullum exemplum in libris Graecorum traditis, qui iidem Apollonio praesto erant, reppererim. E quibus nonnullae apud poetas epicos Apollonio posteriores, quos eius imitatores esse constat, occurrunt, quod aliquoties in locis notabilioribus commemoravimus.

In commentatione mea confienda me et animadversionibus R. Merkeli, quae in prolegomenis ad Apollonii Argonautica conscriptis atque in adnotationibus textui poematis subiectis inveniuntur et Cholevii observationibus annalibus scholasticis a. 1882 gymnasi Regiomontani (Kneiphof.) praefixis adiutum esse grato animo profiteor.

His praemissis rem ipsam aggrediamur.

A. De nominativo et vocativo.

Nominativus exclamativus ad exemplum Ilomericum aliorumque poetarum positus compluries in Argonauticis occurrit. Cf. III 262,* 636, 674, 783, IV 376, 1047 (A 231 al.).

Nominativi pro vocativi forma Ap. utitur III 1 εἰ δ' ἀγε νῦν, Ἐρατώ, παρά θύστασο, certe non, ut Rzachius (Gramm. Stud. z. Ap. Rh., Vindob. 1878, p. 83) existimat, quod exemplo Zenodoti commotus sit, qui Σ 386 et 424 (Θέτις τανύπεπλος) nom. pro voc. scripsit, sed quod poetae formas nom. et voc., imprimis nominum propriorum, nonnunquam promiscue usurpabant. Cf. e. g. Γ 277 Ζεύ

*) In numeratione versuum Argonauticorum maiorem editionem Merkeli a. 1854 editam sicutus sum. Editiones minores aa. 1852 et 1882 sunt stereotypae.

πάτερ, . . Ἡέλιός θ', δς πάντ' ἐφορᾶς et τ 406 γαμβρὸς ἔμδς θύγατέρ τε, τίθεσθ' ζνομα. Eur. Hel. 1399 ὁ κλεινὸς ἡμῖν πόσις.

Quod Ap. IV 1073 ναι φίλος, εἰ δ' ἄγε κτλ. nom. pro voc. exhibet, hiatus vitandi causa facit. Nam IV 1086 τῶ, φίλε, μήτ' οὖν κτλ. et ib. 1741 τεῶν τροφές, ω φίλε, παξίδων, metri necessitate seclusa voc. formam ponit. Eadem de causa Hom. quoque φίλος pro φίλε dicit Δ 189, I 601, Φ 106, Ψ 313, 343, α 301, γ 199, ρ 17, 415; nec minus βοῶπις Ἡρη pro βοῶπι Ή. Θ 471.

Nominativus cum participio iunctus ratione fere absoluta ponitur IV 200 ἀλλ' οἱ μὲν διὰ νηές, ἀμοιβαδίς διέρος δινήρ ἐζόμενος, πηδοῖσιν ἐρέσσετε. Cf. Γ 211 et K 224.

Quamquam Ap. eum usum loquendi retinet, ut interiectionem ω vocativo apponat, si quis quem alloquitur, omittat, si hortatur (Kuehn. II 431), tamen aliquoties hac lege neglecta etiam in adhortatione interiectionem usurpat, velut II 288, 341, 411, 420, III 396, IV 1413, et rursus in allocutione reicit, ut I 865, III 545, 688, IV 95, 203. Non recte schol. desiderat ω IV 1 αὐτὴ νῦν κάματόν γε, θεά, . . ἔννεπε, Μοῦσα, Διὸς τέκος, rectius IV 552 ἀλλά, θεά, πῶς . . σῆματα νηὸς νημερτὲς πέφαται;

B. De accusativo.

De acc. obiecti. Usus verborum iuvandi, nocendi similium in Arg. idem est atque in Hom. carminibus. Cf. δνινάναι III 20 (Ε 205 al.), δηλεῖσθαι IV 831 et 1088 (Ψ 428 al.), σίνεσθαι I 951 et 1260 (ζ 6 al.). IV 893 obiectum verbi σίνεσθαι subsequenti enuntiato relativo continetur. βιάσθαι acc. adsciscit I 751, 1299, IV 909 (Λ 467 al.), λοχάσθαι I 991 et II 967 (δ 670).

E verbis fugiendi et timendi uterque poeta simili ratione utitur ἀλεύεσθαι (III 886, IV 111, 340, 1498; Γ 360), ἔξαλετσθαι (I 490, II 339, 611, III 600; Σ 586), ἀλύσκειν (I 1035, II 486, III 64, IV 585, 735, 1505; K 371 al.). Verbum simplex ἀλεῖσθαι (cf. E 34 al.) et bicompositum ὑπεξαλεῖσθαι (cf. O 180) Ap. non habet. Verbum non Homericum ὑπεξαλύσκειν exstat III 551 (Hes. th. 615). ἀλείνειν construit Hom. cum acc. Λ 581 al.; cum infin. Z 167, ut Ap. IV 736 (intr. II 76 et III 650).

φεύγειν recipit acc. II 172, 345, 654, 770, III 191, 468, 541, 800, IV 488, 1503 (Δ 327 al.); item ἐκφεύγειν II 487 et IV 741 (I 355 al.), προφεύγειν II 414 et III 1080 (Z 502 al.), τρομεῖν II 1106 et IV 1209 (P 203 al.), ὑποτρεῖν I 1050 (P 587). Sed τρεῖν, quod Hom. non nunquam transitive ponit (cf. Λ 554 al.), Ap. absolute utitur IV 12 et 1522 (E 256 al.) eodemque modo duobus locis compositum ὑποτρεῖν I 1049 et IV 1507. ἀτύχεσθαι acc. habet II 1024, III 614, IV 39, 512 (Z 468); etiam activum ἀτύχειν, Homero inusitatum, obiectum acc. adsciscit I 465 τάρβος ἀναλκίδας ἀνδρας ἀτύχει (Theocr. 1, 56).

ὑποδέειν Homero congruenter Ap. usurpat II 821 (cf. A 406 al.); ἀμφὶ eum dat. iungit III 318. Pari significatu verbum ὑποπτήσειν accusativo iungitur III 571 (ἀντήν; cf. Aesch. Prom. 29, 690); aliter B 312 πετάλοις ὑποπεπτηῶτες dativo.

Verbo φοβεῖσθαι acc. adnectitur II 1064, ut X 250.

Participium πεφυλαγμένος ab Hom. intransitive usurpat, ut ab Ap. III 1142; aliis autem locis Argon. acc. rei evitandae apponitur, velut II 348 ῥηγμῖνας πεφυλαγμένοι, III 449, 510, IV 332 (Aesch. Prom. 804, Suppl. 426; Hdt. I 108, VII 130 al.).

λείπειν Ap. sensu transitivo saepius praebet, ut Hom. quoque (cf. I 317, 1152, II 721 al.; Δ 470 al.); intransitivo autem ratione ab Hom. aliena I 607, IV 1631

ἀνέμοιο λιπόντος, II 1032 ἔλλιπεν αὔρη (Soph. El. 514; Eur. Herc. f. 133, Hel. 1157).

λανθάνειν cum acc. solo coniunctum legitur II 226, 1180, IV 15, 328, 737, 753 (Γ 420 al.); cum acc. et partic. II 537, 753, III 211, 737, 779, IV 49 (K 279 al.).

Audacius ἀκούειν acc. personae recipit IV 1077 οὐ δέ τι ίδμεν Αἰγήτην, ἀλλ' οἷον ἀκούομεν et IV 262 Δαναῶν ἱερὸν γένος ἀκοῦσαι. Haec locutio sermonis popularis propria esse videtur. Cf. Ar. Thesm. 164 καὶ Φρύνυχος, τοῦτον γάρ οὖν ἀκήκοας, αὐτὸς καλός γένεται. Comparetur quoque nostrum „vom Hörensagen etwas kennen“. Aliter γ 193, ubi anticipatio subiecti enuntiati secundarii statuenda est.

τεκμαρίεσθαι cum acc. obi. positum vim audiendi vel potius agnoscendi induit IV 73 ξπα κούρης τεκμήρατο. Alibi (IV 217 et 559) significazione constituendi praeditum est, ut apud Hom. Z 349, H 70, η 317, ρ 563. Dativum instrumenti insuper adsciscit I 108 (vide infra). Compositum ἀποτεκμαρίεσθαι, quod alias non usurpat, significat „certis signis intellegere“ IV 1538 πρήσοντος ἔχτεω . . πόρους ἀπετεκμήραντο λίμνης ἐκπρομολεῖν.

Vim similem atque verba audiendi habet δοάζειν, verbum Homero aliquique non usitatum, quod in Arg. legitur III 955 ἐππότε δοῦπον η ποδὸς η ἀνέμοιο παραθρέξαντα δοάσσαι.

Е numero verborum videndi παπτάνειν more Homericō acc. adsciscit I 341 πάπτηναν δὲ νέοι θρασὺν Ἡρακλῆα, II 35, 608, III 513, 924 (Δ 200, P 115); praeph. adhibentur I 631 (ἐπι), III 953, IV 638 (ἐπ), III 634 (περι), ib. 1284 (ἀνά). Hom. quoque huic verbo praeph. adiungit, sed ex iis, quas Ap. habet, tantum ἀνά (Δ 497, M 333); praeterea κατά (P 84, χ 381) et πρός (μ 233). — σκέπτεσθαι III 823 αἴγλην σκεπτομένη eodem sensu ponitur atque in hymn. in Merc. 360, sed ab Homericō diverso; cf. II 361 σκέπτετ’ διστῶν δοῖζον. — τεθηπέναι: Hom. et

alii semper intransitive usurpant; Ap. autem insolenter obiectum addit III 215 τεθηπότες ἔρχε' ἀνακτος εύρείας τε πύλας καὶ κίονας. Similiter in Verg. Aen. II 31 „stupere“ construitur. — Etiam μεταβλέπειν, quod ante Ap. acetatem non in usu est, acc. obi. adsciscit I 736 δητερόν κεν ἐς ήέλιον ἀνίστα ζσσε βάλοις, ἢ κενίο μεταβλέψειας ἔρευθρος.

Verborum dicendi usus aliqua ex parte ab Homericō distat. Nam αὐδῶν Hom. non solum cum acc. rei (K 461 al.), ut Ap. III 1078, sed etiam cum acc. personae (Θ 200) et cum duplicei acc. (E 170) coniungit. III 1158 autem οὕτ' αὐδῆσαι ἀνειρομένη λελίγητο dativo pers. adiunctum significat „certiorem facere aliquem“ (Soph. Ant. 227, O. R. 392). — Non simplex verbum εἰπεῖν apud Ap. cum acc. pers. coniungitur, ut apud Hom. (cf. M 60, 210, P 237 al.), sed compositum προειπεῖν I 1336 (cf. H 46, Θ 280) et προεινέπειν I 711, 792, III 433, ut saepius apud tragicos (cf. Aesch. Ch. 110, Ag. 1291; Soph. Ai. 857; Eur. Hipp. 99). μετειπεῖν autem Hómero congruenter dativo iungitur, velut I 331, 864, III 522, IV 881 (B 336 al.). — περιβοῶν („divulgare“), quod tmesi divisum legitur III 792 τηλοῦ δὲ πόλις περὶ πᾶσα βοήσει πότμον ἐμόν, aute Ap. tempora non exstat. — ἀγορεύειν (cf. I 649, 847, 1106, III 458, 544, 1108, IV 845; X 385 al.), αὔειν (IV 147; Λ 461 al.), ἀυτεῖν (cf. IV 1337 et 1702; Λ 258) apud utrumque poetam acc. obi. adsciscere solent; ἀυτεῖν autem Ap. nunquam, id quod Hom. facit (cf. Υ 50, Φ 582), absolute ponit. — παρηγορεῖν, verbum Homeri non peculiare, cum acc. iunetum significat „consolari“ I 294 τὴν γε ἐπέεσσι παρηγορέων προσέειπεν, III 610, IV 1740 (cf. Aesch. Pers. 530). Similem notionem hoc verbum cum acc. appositivo*) coniunctum habet II 622

*) Sic cum accusativum nominare liceat, quem grammatici nostrae aetatis vocare solent „Acc. d. inner. Obiect.“, Rumpelius autem (Zur Casusl. 1845 p. 157) „paratacticum“.

τι ἢ μοι ταῦτα παρηγορέεις ἀχέοντι et ib. 64 μάλα πολλὰ παρηγορέοντες ἐς ἀλκήν. Aliter vero interpretandus est locus IV 1410 τὰς sc. νύμφας σφι παρηγορέεσκε λιτῆσιν. Vertas: „nymphas precibus sibi propitias reddidit“. Cohortandi significationem παρηγορεῖν exhibit absolute usurpatum II 1196 ισκε παρηγορέων et III 303. — φωνεῖν apud Hom. acc. obi. non recipit — nam ω 535, B 182, K 512, Υ 380 accusativi appositivi statuendi sunt — ut in Arg. III 673 φώνησέν μν. Quem usum primum apud Sophoclem inveni; cf. Ai. 73 Αἴγαντα φωνῶ. — μεταφωνεῖν Ap. dat. iungit II 208 et 431 (H 384 al.), insolenter autem acc. personae I 702 Ἰφινόγην μετεφώνεεν ἀσσον ἐσῦσαν, et acc. rei I 1287 οὗτε τι τοῖον ἔπος μετεφώνεεν. — Verbo χρείειν, quod Hom. absolute usurpat (Θ 79), ab Ap. acc. obi. additur II 182 χρείων ἀτρεκέως ιερὸν νόον ἀνθρώπωισιν (cf. hymn. in Ap. 132; Eur. Ion. 682 al.).

παλάσσεσθαι transitive ponitur I 358 πεπάλαχθε κατὰ κληῆδας ἐρετιά, intr. apud Hom. H 171 al.

ἐπιστοβεῖν, verbo perraro, Ap. accusativum adicit III 663 μή μν κερτομέουσαι ἐπιστοβέωσι γυναῖκες, et IV 1725 τὰς δ' αἰσχροῖς ἡρωες ἐπιστοβέεσκον ἐπεσσιν.

Apollonii proprius est usus verbi ἀναφέρεσθαι, quod cum acc. μῆθον et φωνήν coniunctum sensum loquendi accipit; cf. III 463 et 635. Absolute collocatum significat „respondere“ IV 1748 ἀνενέκατο φώνησέν τε, apud Hom. autem „gemitus edere“ T 714 ἀδινῶς ἀνενέκατο φώνησέν τε.

μύρεσθαι acc. obi. habet III 656 νύμφη θαλερὸν πόσιν μύρεται et IV 1535 νέκυν μυρόμενοι (cf. Bion. 1, 68; Mosch. 3, 74, 91); acc. appos. IV 605 Ἡλιάδες μύρονται κινυρὸν γόσιν. Hom. iungit huic verbo praep. ἀμφί et acc. T 6; alibi idem intransitive usurpat (cf. ω 202 al.), ut Ap. quoque I 271 al. De structura h. v. cum dat. vid. infra. — Verbo ὀδύρεσθαι ab utroque poeta acc. obi.

adnectitur (cf. I 1066, II 782, III 460; Ω 740 al.); appos. autem ab Ap. solo IV 1304 ἐλεεινὸν ἕλεμον ὠδύροντο.

Verbum χατεῖν contra usum vulgarem accusativus sequitur IV 1557 οὐλά τε πολλὰ ἀνθρωποι χατέουσιν. De structura h. v. cum gen. vid. infra.

ἀμείβεσθαι („respondere alicui“) acc. pers. recipit I 486, II 419, III 55, IV 1431, ut saepe apud Hom. (cf. A 121 al.). De personis ad loca translatum significat „praetervehendi aliquid“ IV 326 πεδίον τὸ Λαύριον ἀμείψαντο. Ad quem usum conferas Homericum I 409 ἐπεὶ ἂρ κεν ἀμείψεται se. ψυχὴ ἔρκος δδόντων. Eodem significatu Ap. etiam activum ἀμείβειν adhibet II 1015 ὅρος καὶ γαῖαν ἀμείψον, ib. 1231, III 280, 647, IV 964, ut saepius tragicis (cf. Aesch. Pers. 69 πορθμὸν ἀμείψας. Soph. Trach. 659; Eur. Bacch. 65). Item utitur Ap. compositis παραμείβειν I 933, II 660, 725, IV 574, 979 (Soph. O. R. 504), παραμείβεσθαι I 450 et II 382 (ζ 310), παρεξαμείβεσθαι I 581. His subiungenda sunt verba simili ratione usurpata: παραμετρεῖν (I 595, 1166, II 937, IV 218, 1779), παρανείσθαι (Π 357), παρανίσσεσθαι (II 1030; hymn. in Ap. 430), παρεκθεῖν (II 592), παρεκνεῖσθαι (II 651, 941, 1243), παρεξελᾶν (IV 764; μ 55). At I 125 ἀπ' Ἀρχαδίης Λυρκήιον Ἀργος ἀμείψας se. Ἡρακλῆς τὴν ὁδὸν ἢ κτλ. significat ἀμείβειν, ut ad hoc verbum redeam, „viam aliquo pergere“, ut apud Euripidem Or. 1295 ἀμείβω κέλευθον σκοποῦσα πάντα. ἀμείβεσθαι absolute positum valet idem atque „alternis locis commorari“ I 646 ἀλλ' ἢ γε se. ψυχὴ ἔμπεδον αἰὲν ἀμείβομένη μεμόρηται, quem locum vertas: „animaē obtigit, ut modo hic, modo illuc sit“. Ceterum usurpatio medii absolute positi eadem est atque in Hom. carminibus. Cf. II 255, 1159, 1218, III 150, 385, 484, 682, 696, 718; Ε 270 al. Ad IV 1461 ἀμειβομένων, οἵτ' ἄρμενοι ἐς τέδε ἔργον, ἔκριθεν ἀλλυδις ἥλος confert Merkelius

locum Homericum I 471 οἵ μὲν ἀμειβόμενοι φυλαχάς ἔχον. Addi potuerunt A 604, α 375, β 140, δ 379.

Praeter ἀμείβεσθαι verba notionem praetervehendi induentia accusativo iunguntur haec: ὑπεκβάλλειν I 596 (φέεθρα), γνάμπτειν („flectendo transmittere“) II 350 ἀκτὴν Μέλαιναν γνάμψαντες, ib. 944, 965, 1010, IV 301 (cf. Cic. de div. II 45 in flectendis promunturiis), περιγνάμπτειν II 364 et 560 (cf. i 80).

Homerico usui verbi simplicis γνάμπτειν respondet Apollonianus II 1250 κεῖνο δόρυ γνάμψαι et III 1350 γνάμψε γνύνατ' ἔλαχρά (Ψ 731).

Pro loquendi formula περᾶν οἶδη (III 388 et IV 457) Hom. utitur ζ 272 περᾶν θάλασσαν. Obiectum omittitur II 344 νηὶ περῆσαι, ib. 413, III 1072, IV 530 (x 508 al.). Hoc loco commemorandum est verbum πελρεῖν, cui acc. obi. adicitur IV 980 (ἀλὸς μέγα λαῖτρα), ut Ω 8 al.; appos. autem II 775 (πλόον) et ib. 1127 (οἶμον), ut β 434 (κέλευθον). Sed nude hoc verbum alibi ponit, ut in Arg. II 326 εἰ πελρετε, IV 306, 398, me legere non memini. Huius verbi structura similis est verbi τέμνειν. Cf. II 333 (ἀλὸς στεινωπόν) et IV 225 πόντον ἔταμνεν νηῦς (γ 175, ν 88); acc. appos. additur II 903 (πλόον) et ib. 1031 (Eur. Phoen. 1); absolute contra consuetudinem loquendi aliorum usurpatur II 1244 ἐπιπρὸ γάρ αἰὲν ἔτεμνον ἐσσυμένως et IV 771 Ἰρις ἀπ' Οὐλύμποιο θύροισα τέμνε. — μετρεῖν, quod huc spectat, ab Hom. cum acc. πέλαχος coniungitur γ 179, ab Ap. autem eodem sensu absolute ponitur I 930 ἐνδοθεν ἀκτῆς μέτρεον, II 915, IV 1779.

βάλλειν de fluvii usurpatum acc. obi. recipit II 401 Φᾶσις εὐρὺν ῥόν εἰς ἀλα βάλλει, IV 289, 326; de sole exhibitum legitur ε 479 τοὺς sc. θάμνους ἡέλιος ἀκτῖσιν ἔβαλλεν, ut de aurora in Arg. IV 885 ἄκρον ἔβαλλε φαεσφόρος οὐρανὸν Ἦώς. Usus intransitivus, qui II 744

ῶστε ἀνερεύγεται sc. Ἀχέρων εἰς ἄλα βάλλων et IV 632 invenitur, Homericō consentaneus est; cf. Λ 722 ποταμὸς εἰς ἄλα βάλλων. Insolentius autem βάλλειν IV 1579 λίμνηθεν ζτ' εἰς ἄλδες σῖδημα βάλητε de hominibus usurpatum est, qui navigant aliquo.

ἐπαῖσσειν contra usum Hom., qui huic verbo intransitive posito acc. loci aut praeph. apponit (cf. M 308, H 240, Σ 159), ab Ap. cum acc. obi. iungitur I 1254 γυμνὸν ἐπαῖσσων παλάμηξιφος (Eur. Hec. 1071). Alibi Ap. quoque ἐπαῖσσειν sensu intransitivo habet, ut I 75, 1033, II 126, 170, IV 830, 1462.

στρωφᾶν III 424 cum acc. (βουλήν) translate ponitur, proprie apud Hom. ζ 53 (ἡλάκτα) al.; intransitive III 893 ἐπὶ γαῖαν στρωφῶσιν, ut alibi στρωφᾶσθαι (cf. I 827; ap. Hom. I 463 al.).

χρίμπτειν cum acc. obi. ante Apollonii aetatem raro exstat (cf. Soph. El. 721); in Arg. uno loco invenitur IV 1679 πετραίψτρων χρίμψει σφυρόν. Crebrius intransitive ponitur (cf. II 290, 749, 1081, III 1286, IV 1567), ut κ 516 participium χριμφθέις. Compositum ἐγχρίμπτειν apud utrumque poetam vim intransitivam induit (cf. II 398 et IV 1512; Ψ 334). I 1259 ἄλλαξ ἐ sc. Υλαν ληιστῆρες ἐνχρίμφαντες ἔγουσιν Haackius (de eloc. Ap. Rh., Hal. S. 1842, p. 14) nulla probabili causa huic verbo significationem aggrediendi, quam ceteroquin non habet, adiudicare vult.

A vulgari consuetudine dicendi abhorret usus transitivus verbi ἐμπλήσσειν III 1297 οἱ δέ μὲν ἀμφω κρατεροῖσιν ἐνέπληξαν κεράεσσιν. Intransitivus vero cum Homericō consentit; cf. I 1203 et II 602; M 72 al.

ἀμφιπίπτειν Ap. sermonem Homeri imitatus accusativo iungit I 270 κούρη πολιῆν τροφὸν ἀμφιπεσοῦσα (θ 523).

ἐπιλαμβάνειν contra usum aliorum poetarum acc. recipit III 751 et 1065 (Hdt. VIII 115).

κέλλειν Ap. ubique significatu intransitivo adhibet; cf. I 586, 915, 1024, II 751, 971, 1090, IV 453; at Homerūs, uno loco excepto (ι 149), transitivo (cf. ι 546 al.). Intransitive usurpatum apud utrumque poetam habemus ἐπικέλλειν (cf. I 1362; ι 138 al.); cum acc. loci coniunctum in Arg. II 352, cum dat. loci ib. 382.

κλίνειν verbum acc. obi. sequitur I 76 (φάλαγγας), ib. 376 (στείρην), IV 1526 (γυναῖα), ib. 1632 (ἴστρον), ut in Iliade Θ 435. Sed usus intransitivus, qualem Ap. praebet I 452 κλίνοντος ὑπὸ ζόφον ἡελίοιο ab Homero et aliis poetis alienus est.

De verborum proferendi usu haec animadvertis. κήκιειn inusitato alibi more acc. recipit IV 929 θερμὴν κήκιει πόντος ἀυτημήν. Pariter compositum ἀνακηκίειn IV 600 η se. λίμνη ἔτι νῦν βαρὺν ἀνακηκίει ἀτμόν. ἀνατέλλειn II 44 et III 520 cum acc. obi. coniungitur, ut E 777; saepius autem nude ponitur; cf. I 501, 601, 776, 810, II 1007, 1247, III 683, 1224. Etiam βλαστάνειn, verbum sermonis Homericī non peculiare, contra morem loquendi priorum Apollonio poetarum acc. habet I 1131 οὕς ποτε νύμφῃ ἐβλάστησεν, IV 676 τοίους ἐβλάστησεν χθῶν, ib. 1517 αἱ δύον γένος ἐβλάστησαν. Usus intransitivus, quem tragicī saepe praebent, invenitur III 921 ἔσσαι ἄλλων ἀθανάτων γέρωες ἀφ' αἰματος ἐβλάστησαν et IV 1425. Neque Homericāe consuetudinis loquendi est ἐξανιέναι verbum intransitive usurpatum, quod legimus IV 293 εἰ δημετέρης γαῖης Ἀχελώιος ἐξανίησιν (cf. Soph. Phil. 705; Eur. Hipp. 900). Transitivus autem ab utroque poeta pari modo ponitur; cf. IV 622; Σ 471. Similiter uterque eorum verbo προχειν acc. obi. addit (cf. IV 606 λιβάδας; Φ 219 βέσον); IV 135 autem acc. βέσον ex versu praecedente supplendus est. Verbum contrariae notionis, ἀποφθένειn, modo ab Homeri sermone abhorrente acc. iungitur IV 1292 ήν ρηνόιχα δῆθεν ἔκαστος θυμὸν ἀποφθίσειαν et

ib. 1440 (*πέλωρ*); cf. Hes. op. 666; Soph. Ai. 1027. Homeri morem, qui aoristos medii et passivi generis huius verbi intransitive collocat (cf. Γ 322 al.), Ap. retinet I 1066, II 852, IV 1529.

Ex verborum fabricandi similiumque numero constructio activi generis verbi κάμνειν cum Homericam congruit (cf. I 9, 111, III 340; I 1322, II 484, III 81, 230, IV 424; Δ 187 al.); medium vero apud Hom. significat „parare sibi aliquid“ (cf. Σ 341, τ 130), apud Ap. idem quod activum; cf. II 718 ἐρδὸν ἔκαμποντο, IV 1321 (*ἔργα*), III 580 (*ἀεθλῶν*). Commemorare liceat hoc loco Apollonium formulam loquendi Homericam κάμε τεύχων (cf. B 101 al.) non recepisse. — πονεῖσθαι significat activo positum acc. obi. adsciscit I 731 (*κεραυνόν*), ib. 1185 (*δαῖτα*), II 263; ib. 1021, IV 718; I 1348 (*ἀέθλους*), ut apud Hom. (cf. I 348 al.); passivo ab Homero alieno I 752 δύω δίκροι πεπονήσατο (Pind. Ol. 6,11 Bgk.). Intransitive usurpatum πονεῖσθαι significat apud utrumque poetam „laborare“; cf. II 335, 667, III 1339; B 409 al. Insolita est huius verbi structura cum ἀμφὶ et dat., qualis legitur III 624 ἀμφὶ βέσσιν πονέεσθαι. — ἀμφιέπειν cum acc. iunctum non solum, ut apud Hom., de rebus dicitur (cf. I 562, 571, II 1158, III 547, IV 1145; H 316 al.), sed etiam de personis, velut I 1102 ἀθάναται μάκαρες δεινὴν θεὸν ἀμφιέπουσιν, II 1158 σφέας ἀμφιέπον περιθαμβέεις, III 547 παρθενικὴν ἀμφιέποντας μῆτη (Pind. Pyth. 3,51). Similiter verbum simplex cum praep. ἀμφὶ et acc. Hom. de personis usurpat Λ 482 ἀμφ' Ὀδυσῆα Τρῶες ἔπον πολλοί. ἀμφιπένεσθαι Ap. nunquam de personis utitur, ut Hom. solet (cf. Δ 220 al.), sed de rebus tantum (cf. II 27, 925, 1199, III 271, IV 883; T 278 et τ 455. ἀμφιπονεῖσθαι Ap. semel idque de rebus exhibit III 251 ἀμφιπονεῖτο νηδόν, Hom. vero compluries et de rebus et de personis; cf. υ 307, Ψ 159; Ψ 681.

ναίειν verbum activi generis acc. adsciscit I 94 al. eodem modo, quo in Hom. carminibus (cf. Γ 74 al.); medium autem, quo Hom. abstinet, Ap. notione activa praeditum adhibet II 747 νάσσεσθαι γῆν Μαριανδυνῶν. Sensu causativo medium cum acc. pers. coniungitur I 1356 κατ' αὐτέθι νάσσατο παῖδας et IV 567 Ποσειδάων νάσσατο κούρην, eum acc. rei IV 275 ἀστη νάσσατο. Medio absolute posito habitandi notio est I 93 Τελαρών ἐν Ἀτθήναι νάσσατο νήσῳ, IV 987, 1140 (Hes. op. 639). Hom. eodem sensu forma νάσθη Ε 119 utitur, et de situ locorum activo ναίειν B 626 νήσων, ἀλ ναίουσι πέρην ἀλός. At ναίεται verbi usus et transitivus et intransitivus apud utrumque poetam idem est, nisi id discriminem statuere vis, quod intransitivus apud Ap. crebrius occurrit quam apud Hom. Cf. I 68, 826, 903, III 1134, IV 322; B 539 al. Intransitive ad loca spectans ponitur I 831, III 1092, IV 275; Δ 45 al.; ad personas I 799, 828, 831, II 377 saepius; Λ 673 al. Compositum ἐνναίειν, quod Homeri non proprium est, cum acc. coniungitur I 941 (*ὅρος*) et ib. 1076 (*Κύζικον*); cf. Mosch. 4,36. Absolute collocatur I 942, IV 519, 1213 (Soph. O. C. 788 al.). Sed ἀποναίειν Ap. Homero congruenter causative usurpat IV 1492 γῆν ποτε Μίνως ἐξ Λιβύην ἀπένασσε (Jl. II. 86). Contra ea Ap. genus medium, quo Hom. B 629 et ο 254 utitur, non habet. καταναίεσθαι (cf. II 906 κατενάσσατο Διόνυσος Θήβας alias non inveni. Etiam ἀμφινέμεσθαι intransitive usurpatum (cf. II 999 νόσφιν Λυκάστιαι ἀμφινέμοντο) Apolloniani sermonis proprium est. Transitive positum Homericae elocutioni consentaneum est; cf. I 947, 1224, II 988, 1117, III 495, IV 1150; B 521 al.

Incertum est, quis Apollonio locutionis γαῖαν ἐφέσσεσθαι („moriturum esse“), quae invenitur I 691, auctor extiterit. Homerus quidem alia ratione Z 19 τὰ δ' ἄμφω γαῖαν ἐδύτην dicit. Simili atque in Arg. ratione in Xen.

instit. Cyr. VI 4,6 γῆν ἐπιέσασθαι μᾶλλον η̄ ζῆν legimus. Nec minus insolenter eodem verbo Ap. utitur I 1326 καὶ μαζὰ ἐφεσσατο sc. Γλαῦκος („Gl. se aquae immersit“).

Verbum κανάχειν ab Hom. (τ 469) aliisque poetis in sensum intransitivum adhibetur, audacius autem ab Ap. in transitivum IV 907 Ὁρφεὺς μέλος κανάχησεν ἀοιδῆς. Item insolitus usus transitivus verbi κλύζειν est I 1328 οὐδωρ ἔκλυσε νῆα, IV 608 (cf. hymn. in Ap. 75), I 521 ἔκλύζοντο ἄκραι. Sed intransitivus I 541 δέθια κλύζοντο Homericæ dictio respondet; cf. Ε 392; τ 484, 541. Etiam κατακλύζειν, quod verbum Homero non in usu est, acc. obi. recipit IV 1283 (cf. Pind. Ol. 9,50; Aesch. Sept. 1077).

Usurpatio transitiva verbi θειν, quae exstat III 1115 θειεῖ sc. ὅμβρος πόντον καὶ νῆσον καὶ πᾶσαν χώρην ab Homeric locutione, quae invenitur ζ 131 λέων θύμενος καὶ θύμενος originem duxisse videtur, aut ab Herodoto, qui acc. obi. huic verbo apponit IV 151 οὐκ θειεῖ τὴν Θήρην sc. θεός. Cf. quoque Hdt. I 193 al.

In ἀνέχειν verbo usurpando Ap. universe Homeri sermonem retinet; cf. I 673, 876 al.; E 174 al. Sed discedit ab eo III 161 δοιὼ δὲ πόλοι ἀνέχουσι κάρηνα οὐρέων ἡλιβάτων, ubi more insolito hoc verbo ita utitur, ut significet „sustinere aliquid“. Neque ὑπερέχειν ita construi ab Ap. ut ab Homero intelleges, si conferes Λ 735 ἡέλιος ὑπερέσχεθε γαίης cum I 1273 ἀκροτάτας ὑπερέσχεθεν ἄκριας ἀστήρ ηφαῖς.

Praeter usum transitivum verbi τείνειν, qui Homericō respondet (cf. IV 107 et 1049; E 262 al.), in Arg. etiam intransitivus ad locorum situm denotandum exstat, ut II 354 ἄκρη προβλήτης Ἀχερουσιάς οὐφέθι τείνει et IV 1581 ἔστ' ἀν τείνησι sc. χερσός (Hdt. II 6 al.; Aesch. Suppl. 93, Sept. 763; Eur. Bacch. 436).

E verbis urendi notione praeditis δαίειν inusitate significationem translatam praebet IV 1147 δαίει sc. κῶας

ἐν διφθαλμοῖς γλυκερὸν πόθον. Propriam autem et eam Homericam servat IV 69 et 869 (cf. E 4, I 211, Σ 206). — φλέγειν acc. obi. iungitur II 516 et III 582, ut Φ 13, ubi ἀκρίδας suppleas. At III 773 ἀλλ' αὕτως φλέγει usum intransitivum statuendum et pro subiecto πῆμα supplendum esse puto. Nimis enim artificiosa huius loci interpretatio sit, si quis φλέγειν in sensum transitivum accipere et e versu 772 φρένας vel generatim ἐμέ obiecti loco supplere velit. Aeschylus quoque (Sept. 286) et Sophocles (Ο. R. 213) φλέγειν intransitive utuntur. — πυμπράναι, verbum Homero non usitatum, acc. iunctum invenitur III 1301 φῦσαι πῦρ ἀλοὸν πυμπράναι (Aesch. Pers. 810). — πρήθειν uterque poeta eodem modo cum acc. coniungit; cf. IV 819; β 427.

ἀπολήγειν acc. adsciscit IV 767 ὥς κεν ἀήτας πάντας ἀπολλήξειν. Apud Hom. et Hes. obi. caret; cf. Z 149, N 230; op. 486. Verbum simplex λήγειν Ap. ubique intransitive ponit (cf. I 513, 1094, 1152, II 84, 751, 1121, III 1301, IV 669, 835, 882, 928), Hom. modo transitive (cf. I 97 al.), modo intransitive (cf. N 424, Φ 305, χ 63).

Agmen verborum acc. obi. adsciscentium βαίνειν concludat, quod causative positum invenitur IV 405 φ sc. δελφ μν ἐξ ἀτην βήσφεν. Quem usum Homerus praeivit; cf. E 164 al.

De acc. appositiō. Figurae etymologicae, quam vocant, exempla in Arg. multo rariora quam in Iliade et Odyssaea sunt neque Homeri dictio nē tenent. Conferas II 623 ἡμβροτον ἀσάμην τε κακήν καὶ ἀμήχανον ἀτην (vide quoque I 1333 ἀφραδίησιν εἴ τι περ ἀσάμην). Hom. ἀάεσθαι cum acc. obi. iungit, ut T 91, 129 al. — II 1027 βασιλεὺς θείας πολέεσσι δίκας λαοῖσι δικάζει (Hes. op. 39; Hdt. III 31). Attributi loco enuntiatum relativum ponitur IV 1104

δίκην, ἥτις ἀρίστη ἔσσεται ἀνθρώποισι δικαζέμεν. Cf. IV 1117 τὸ γάρ αὐτὸς ἵων Κόλχοισι δικάσσει. IV 1767 ὑδρεῖης πέρι δῆριν ἀμεμφέα δηρίσαντο, coll. IV 1728 τοῖα γυναῖκες ἀνδράσι δηρίσωνται. Aliter Hom. dicit P 158 δῆριν ἔθεντο. — I 578 σύριγγι λιγεῖη καλὰ μελιζόμενος νόμιμον μέλος. — I 1075 εὗτ' ἂν σφιν ἐτήσια χύτλα χέωνται.

Attributum deest II 926 χύτλα τέ οἱ χεύοντο (cf. κ 518 χοὶν χεῖσθαι, λ 26). II 1004 ποίμνας ποιμανούσιν. Aliter Z 25 et Λ 106 ποιμάνειν ἐπ' ὅεσσι. II 1011 ἀρέ κε τέκωνται ὑπ' ἀνδράσι τέκνα γυναῖκες.

Nomen similis notionis verbo adiungitur: I 1135 βηταρμὸν ἐνόπλιον ὠρχήσαντο (Hdt. VI 129; Xen. exp. Cyr. VI 1, 7). — II 326 μὴ δ' αὐτῶς αὐτάργετον οἴτον ὅλησθε. Ib. 881 τοῦτον, δν ἔλλαχον, οἴτον ὅλοντο. Cf. Γ 417 σὺ δέ κεν κακὸν οἴτον ὅλησαι. — IV 1261 ὠλόμεθ' αἰνότατον δῆθεν μόρον. Cf. Φ 113 δλέεσθε κακὸν μόρον, α 116; aliter IV 401 στυγερῷ κεν δλοίμεθα πάντες δλέθρῳ. — IV 605 μύρονται κινυρὸν μέλεαι γόρον. Ib. 1304 ἐλεεινὸν ἡγεμονὸν ὀδύρωντο. — IV 388 μέγαν ἥλιτες δρκον (cf. Ω 570); III 891 μέγα παρήλιτον. — I 1138 ἵωῃ . . . , ἦν λαοὶ ἀνέστενον.

In iis locutionibus hue pertinentibus, quae significant „iter dirigere aliquo“, usus Apollonianus multum ab Homericō differt. Cf. I 103 ἐσπέμενον κοινὴν ὁδόν et IV 690 (Soph. Trach. 563). II 416 τόσην εἰμι κέλευθον (Pind. Pyth. 11, 39; δ 483 ἵέναι δολιχὴν ὁδόν). II 1127 πείρομεν οἴμον (β 434). II 775 πείρετ' ἐξ Αἰγαίην τέσσον πλόσον. (trans. Ω 8 al. κύματα πείρειν). II 1259 ἀτσσοντα αὐτὴν ὁδόν (Eur. Phoen. 1379 ἥξαν δρόμημα δεινὸν ἀλλήλοις ἔπι). III 472 ἔβησαν τὴν ὁδόν, ἦν τὸ πάροιθεν ἀνήλυθον (Pind. fr. 173 Bgk.). III 602 πέμπειν sc. υἱέας ἐξ Ἀχαιΐδα γαῖαν δολιχὴν ὁδόν (Soph. Ai. 739 βραδεῖαν ἥμας ἀρέ τήνδε τὴν ὁδὸν πέμπων ἔπεμψεν). IV 296 στέλλεσθαι τήγδ' οἴμον (Aesch. Pers. 609). IV 838 δολιχήν τε καὶ ἀσπετον

οἴμον ὁδεύειν. Et insolentius IV 1441 ἀτε χθόνα πεζὸς ὁδεύων. IV 1253 αὐτὰ κέλευθα ὁρμηθῆναι (Soph. Trach. 155). IV 1541 σκολιὴν ἔρχεται οἴμον (Α 151, γ 316, ζ 165, ι 261, ο 13). II 903 et 1031 τέμνον πλόσον (Eur. Phoen. 1; trans. γ 175 τέμνειν πέλαγος).

Ap. abstinet verbis οἰχεσθαι et πλεῖν, quae Hom. acc. appos. iungit (cf. δ 393, γ 71 al.). — Verbo φυσιῶν contra Homericum morem loquendi acc. appos. additur II 87 (καματηρὸν ἀντιμένα φυσιώντες), III 410, 496, 1303 (Soph. Ant. 1238). ἀμπνεῖν et ἀπιπνεῖν verbis idem acc. apponitur (cf. III 231, 1292; III 1327), quem usum novavisse videtur Apollonius. Simplex verbum πνεῖν II 229 πνεῖ τόδε οὐ τλητὸν μένος δδμῆς acc. appos. alio significatu atque apud Hom. in locutione illa μένεα πνείοντες (Β 536 al.) recipit. — ἀναζεῖν, ut ἔξαναζεῖν in Aesch. Prom. 370 (τοιόνδε Τυφὼς ἔξαναζέσει χόλον), acc. appos. habet IV 931 (ἀναζείουσα βαρὺν χόλον).

δμνύναι simili ratione atque in Hom. carminibus acc. appos. exhibet in Arg. Cf. III 714 Κόλχων δρκος δντιν' δμόσσαι κτλ. et IV 797 πελώριον δρκον δμοσσεν (Α 233 al.). Obiecti accusativum huic verbo additum habemus II 291 λοιβὴν Στυγὸς δμοσσεν et III 699 δμοσσον Γαῖαν τε καὶ Οὐρανόν (Ξ 271 al.).

De eius accusativi appositivi usu, ut pro nomine eiusdem stirpis vel similis notionis atque in verbo cum eo coniuncto inest, aliquod nomen attributi vice fungens accusativo ponatur, quae locutio iam Homero usitata est (cf. e. g. δαισειν γάμιον T 299), fortasse in loco illo saepē iactato libri II. Arg., qui legitur v. 627 νῦν δὲ περισσὸν δεῖμα καὶ ἀτλήτους μελεδῶνας ἄγκειμαι cogitari potest. ἄγκεισθαι quidem cum acc. appos. constructum sine exemplo est; at verbum simplex κεῖσθαι huic casui iunctum habemus in Soph. Phil. 145 τόπον . . δντινα κεῖται et apud Thucydidem I 37, 3 ἡ πόλις αὐτῶν ἄμα, αὐτάρκη

θέσιν κειμένη, παρέχει αὐτούς δικαστὰς κτλ. Quodsi similem usum compositi verbi in nostro loco statuamus, verba laudata idem fere valent atque περισσοῦ δείματος καὶ ἀτλήτων μελεδώνων θέσιν κεῖμαι, ut sit ἄγκειμαι i. q. „sustineo quasi suspensus“. Aliter Zieglerus (observ. in Ap. Rh. Arg.; progr. Stuttg. 1846 p. 18) hunc locum explicat. Quod enim κεῖσθαι a Graecis usurpetur pro perfecto passivi verbi τιθέναι et in activo dicatur ἀνατιθέναι τινὲς τι, „alicui aliquid imponere“, in passivo recte dici posse censem ἄγκειμαι τι, ea quidem ratione qua Graeci multa verba quae in activo cum dativo et accusativo coniungantur, in passivo cum nominativo et accusativo construxerint. In eandem interpretationem iam paulo ante R. Merkelium incidisse (Bergk. et Caes. ann. 1843, p. 565) idem commemorat. Sed haec interpretatio ea de causa mihi non ferenda esse videtur, quod verbum κεῖσθαι eiusque composita cum accusativo obiecti coniungi nullis exemplis comprobatur. Koechlius (coniect. in Ap. et Opp., Lips. 1838, p. 4) pro ἄγκειμαι ceteris sententiae vocibus non mutatis ἔξειμαι substituere vult. Quo modo autem fieri possit, ut huic verbo acc. loci, pro quo δεῖμα et μελεδῶνας haberi necesse sit, iungatur, non dicit. Aliorum emendationes etiam minus probabiles omittere liceat.

Adiectivorum generis neutrius accusativi appositi vices sustinentium usum si perlustrabimus, non minus quam in substantivis Apollonium ab Homero multum decisivisse cognoscemus. Cf. III 532 ποταμοὺς κελαδεινὰ φέοντας. II 323 στρηνὲς βρέμει sc. θόδωρ. III 805 τὰ sc. δάκρυα ἔρρεεν ἀσταγές. Ib. 971 διμάδησαν ἀπείριτον. Ib. 1216 στράπτε ἀπειρέσιον δαΐδων σέλας. IV 129 ροΐζει sc. ὅφις πελώριον Ib. 207 λάχησαν θεσπέσιον (θεσπέσιως Ο 637). II 784 πυγμαχέοντα κρατερόν (κρατερῶς ἐμάχοντο Μ 152). IV 621 περιβληχρὸν βαρύθοντες („ad languorem vexati“). IV 1087 ἄσχετα δηλήσαιτο. Ib. 1738 ἄσχετον ἴμερθείς

(cf. Opp. hal. IV 460). Koechlius (l. l. p. 4) etiam III 1048 (οὐδὲ ἄσχετος ἀίσσουσα φλόξ δλοῶν ταύρων) scribendum esse existimat ἄσχετον. Cui emendationi eo magis assenserim, quod Oppianus quoque (cyneg. I 266) ἄσχετον verbo ἀίσσειν iungit. IV 1455 ἀπλητον μεμάκσιν (Hes. th. 315; sc. Her. 268). Ib. 1672 ἐπιζαφελὸν κοτέουσα (ἐπιζαφελῶς apud Hom. I 516, ζ 330). II 893 ἐτώσια γηράσκοντας (Theocer. 1, 38). III 134 νήπια κουρίζονται. I 971 μείλιχον ἀντιάκιν. III 1009 νεκτάρεον μείδησε. IV 1299 λιγέα κλάζουσιν νεοσσοί (λιγέως Γ 214 al.). Homericis locutiones similes exstant: II 1261 Φάσιν εὐρὺ φέοντα (Ε 545). IV 1253 μὲν ὑπέρβιον ἔλκος ἔτειρεν (Ρ 19 ὑπέρβιον εὐχετάσθαι). III 1266 περιώσις θυματίνεσκον (Δ 359 περιώσιον νεκέω). I 1038 ἀδινὰ κνώσσοντες (π 216 κλαῖον δὲ λιγέως, ἀδινώτερον ἢ τὸ οἰωνό, δ 809). III 794 ἀεικέα μωμήσονται (ρ 216). Ib. 1024 ἴμερόν μειδέωντες (Σ 570). IV 1290 ἐλεεινὰ χεροῖν σφέας ἀμφιβαλόντες (Β 314, Χ 37, 408). Ib. 1291 δακρυόν ἀγάπαζον (Ζ 484). λαψηρά (Κ 358 al.) legitur IV 241 ἀνέμου λαψηρὰ δέντος et ib. 849 σεύατ' ἤμεν λαψηρὰ δ' ὅδατος. καλὸν νέρῳ μέλπεσθαι coniunctum Ap. praebet I 702 καλὸν Ἰηπαήνονα Φοῖβον μελπόμενοι, sine dubio locum Homericum A 473 καλὸν δείδοντες παίηνον imitatus. Adverbialiter enim positum esse h. l. καλὸν loci demonstrant Σ 570, α 155, φ 266, κ 227, τ 519, φ 411.

Accusativus generis feminini appositive usurpatus invenitur II 632 ἐξέτε ἐμὴν χάριν ἡγερέεσθε (Aesch. Pers. 1046, Eum. 939; Eur. Med. 1155, Hec. 874; χάριν Ἐκτορος Ο 744) et IV 176 τοσσατίην ἀωτον βεβρίθει. ἀμφαδίην, quod hue referatur (cf. Curtius Grundz. d. gr. Et.⁴ p. 631), in Arg. exstat I 475, III 97, 982, IV 344 (Η 195 al.).

μέγα Homero auctore appositive modo cum verbis (cf. Π 172 al.) coniungitur, velut I 740 (ξετο), ib. 348,

II 19, III 517 (φρονέων), II 247 (μηνιώσαν), ib. 573, III 1370 (ταχόν), ib. 221 (ἐθήλεον), ib. 607 (ἀπείλει), ib. 891 (παρήλιον), IV 92 (γήθεον), ib. 701 (κοτέει, ἀρήγει), ib. 1341 (πεφρίκασι), I 1191 (τηλεθώσαν), modo cum adiectivis (cf. X 158 al.), ut I 253 (δυσάμμορος), II 381 (ἀναιδέας), IV 875 (νήπιος; II 46), ib. 1031, 1383 (φέρτατοι).

De acc. relativō. Non raro in Arg. θυμόν accusativus relat. occurrit, ut I 765, 1256, II 761, 772, 863, III 290, 866, IV 8 (E 869 al.). IV 1268 Ap. dicit χήραντο θυμόν; Hom. autem cum eodem verbo dat. coniungit A 256 κεχαρίσατο θυμῷ. Locutio πόδις ταχύς, saepius in Hom. carminibus obvia (N 249 al.), semel in Arg. adest (IV 1483). Neque saepius acc. δέμας reperitur (IV 1436); crebrius apud Homerum (cf. A 115 al.).

Accusativi relativi loco nonnunquam structuras vicarias poni ipsa carmina Homeri exemplo sunt. Conferas e. g. A 217 θυμῷ κεχολωμένος et ib. 429 χωρίενον κατὰ θυμὸν cum Σ 461 θυμὸν ἀχένων. Similia in Arg. inveniuntur. Dicitur enim II 1219 δειδίσσεο θυμῷ et I 299 κατὰ θυμὸν ἀνιάζουσα; aliis autem locis acc. θυμόν usurpari solet (I 765 al.). Praeterea dativum eumque instrumentalem accusativi relat. vices sustinentem habemus in Arg. I 325 δέρμα λάχνη μέλαν, III 848 ἀλκῆ λωτερος, ib. 855 χροιῇ ἵκελον, IV 656 χροιῇ εἰκελαι (cf. Γ 168, 193, Δ 60 al.). Nominum autem, quae cum prae-positionibus iuncta accusativi relat. vicaria sunt, tria tantum in Arg. inveniuntur exempla: I 1193 ἐς πάχος (Γ 158), II 74 φαιδρὸς ἐν ὅμμασι (η 212), I 299 κατὰ θυμόν (A 249). Consulto in libro tertio Arg. Apollonius in eadem locutione orationem variasse videtur, cum in altero loco (v. 290) γλυκερῆ δὲ κατείθετο θυμόν, in altero (v. 1131) ἔντοσθε κατείθετο θυμὸς ἀκουῃ dixerit.

Acc. rel. ἄλλα ab Ap. dupliciter ponitur II 1240 et III 1282, ab Hom. ubique simpliciter (cf. Ψ 483 al.).

II 1206 (καὶ δέ κεν Ἀρει σμερδαλέην ἐνοπὴν μέγα τε σθένος Ισοφαρίζοι) adiectivum attributivum accusativo relat. adnectitur, ut apud Hom. α 208 κεφαλήν τε καὶ ὅμματα καλὰ ἔσικας ἔκεινῳ.

Eius accusativi relat., qui mensuram denotat, duo sunt exempla in Arg.: I 1193 τόση sc. ἐλάτη ὅμῶς μῆκος τε καὶ ἐς πάχος ἦν ἰδέσθαι et IV 310 εὔρος ἐς αἴγιαλοὺς ἀνέχουσα sc. νῆσος. Totidem inveniuntur in Homeri carminibus*: i 324 τόσον ἔην sc. ῥέπαλον μῆκος, τόσον πάχος εἰςοράσθαι et λ 312 μῆκος γενέσθην ἐννεόργυιοι.

Ut nomen aut genus alicuius personae declareret, Ap. hos accusativos relat. adhibet: οὐνομα (I 1069, III 1098, IV 309; cf. Soph. El. 694, Phil. 605), ἐπωνυμίην (II 910, III 245, IV 658; cf. Hdt. II 44 extr. al.), ἐπίκλησιν (I 203; H 138, II 177, Σ 487, X 29, 506, ε 273); γενεήν (I 203, II 990, IV 1212; Φ 187 [Bekk. γενεή], Ψ 471), γένος (IV 992; E 544, 869 al.).

Pronominibus οὐδέν et οὐτι Ap. auctoritatem Homeri secutus promiscue utitur. Vide III 403 (A 412 al.); I 622, 950, II 333, IV 879 (A 153 al.). Accusativo μῆδέν, quem Hom. semel, sed non sensu relationis habet (Σ 500), Ap. prorsus abstinet.

De duplice acc. Structura verborum ἐρέσθαι (cf. II 8; θ 549), διεξερεῖσθαι (cf. I 327; K 432), ἐρεείνειν (cf. III 1099; α 220), διδάσκειν (cf. I 66; Ψ 307), κεύθειν (cf. IV 1105, ubi δίκην supples; γ 187, ϕ 273), ἐπικεύθειν (cf. III 332 οὖ σ' ἐπικεύσω sc. χρειώ, ο 263) Homeri consuetudini loquendi respondet. Pro ἀπαμείρειν (III 186 μὴ τόνδ' ἀπαμείρωμεν σφέτερον κτέρας) Hom. ἀφαιρεῖσθαι utitur (cf. A 182, Θ 108, P 177, Γ 436, X 18). Id verbum Ap. cum dat. personae et acc. rei

* Kruegerum hi loci fugisse videntur; cf. Sprachl. II 46, 5, 1.

construit IV 1040, ut item Homerus α 9 al. αἰτεῖσθαι dupl. acc. habet II 951 ἡ δέ εἰ παρθενήγη ἥτισσατο κερδοσύνησσιν; apud Homerum autem, qui mediī forma abstinet, activum αἰτεῖν (cf. Ψ 295, β 386, ω 337).

Verborum nominandi usus Apollonianus nisi in constructione verbi καλεῖν (cf. I 1068; A 403 al.) sermoni Homericō non consentaneus est. Apollonius enim verba κέκλεσθαι (cf. IV 230 et 1717), κλείειν (II 687, III 277, 357, 1003, IV 829; cf. Opp. hal. V 536), ἐπικλείειν (II 1156, IV 571, 1599), ἐνέπειν (I 1148), ἵσκειν (IV 1718) contra Homeri et eorum poetarum qui ante Alexandrinorum tempora erant consuetudinem dicendi cum duplice accusativo iungit.

μῆδεσθαι IV 1090 ad exemplum Homeri duplēm acc. adsciscit (cf. X 395 et ω 246). Item construitur ἀμπέχεσθαι verbum I 324 (Ar. ran. 1063), quod Homero non usitatum est. Activi generis formae ζ 225 dat. pers. et acc. rei apponitur.

ῥέζειν apud Hom. aliquot locis (cf. Φ 509, B 195 al.) duplēm acc. habet; apud Ap. III 711 dat. pers. et acc. rei. Idem verbum notione sacrificandi praeditum uterque poeta cum dat. pers. et acc. rei coniungit. Cf. I 14, II 157, 523, 1146, IV 1594 (apud Hom. I 534 al.).

Σχῆμα καὶ ἔλον καὶ μέρος, quae structura in Homeri quoque carminibus in usu est (cf. B 171, E 145, Γ 413 al.), in Arg. occurrit hisce locis: I 1033 ἄλλα μιν Αἴσονίδης πλῆξεν στῆθος μέσον. III 284 τὴν δ' ἀμφαστὴν λάβε θυμόν. Ib. 612 δέος δέ μιν ἴσχανε θυμόν. Ib. 676 η νύ σε θευμορίη περιδέδρομεν ἄψεα νοῦσος. Ib. 695 τὴν δ' ἀτλητὸς ἐπέκλυσε θυμόν ἀνή. IV 351 δή δά μιν κραδίην ἐλέλιξαν ἀνίσι. Ib. 880 τῷ μιν ἀμηχανή δῆσεν φρένας. IV 724 (διείρων μνῆστις ἀεικελή δῦνεν φρένας ἀρματίνουσαν) accusativus partis accusativum totius praeceedit, quod rarissime fieri solet (cf. Hes. sc. H. 41). In Odyssea quidem

υ 286 vulgo legitur ὅφρ' ἔτι μᾶλλον δύνη ἀχος κραδίην Λαερτιάδην Ὀδυσῆα. Sed cum iste totus locus sit repetitus (cf. σ 346—348), principalis loci lectionem retinendam et scribendum esse existimo ὅφρ'... Λαερτιάδεω Ὀδυσῆος. La Rochius vero (Hom. Stud. § 102, 1) in utroque loco Λαερτιάδην Ὀδυσῆα scripturam prae tulit.

Verbo κυνεῖν Hom. acc. et personae et partis addit (cf. π 15, ρ 39, τ 417), Ap. autem partis genetivum I 313 καὶ μιν δεξιτερῆς χειρὸς κύσεν (Theocr. 20, 5).

De acc. locali. E verbis non compositis, quae motus notionem induunt, in Arg., ut in Hom. carminibus, acc. loci recipiunt: ἄγειν (I 1316; H 363, O 706), βαίνειν (IV 1214; γ 162, Γ 262), λέναι (IV 741; ζ 259, σ 194), λιάνειν (I 318, 785, II 1277, III 387; Z 370; cum praep. εἰς IV 348), ἴκειν vel ἴκεσθαι (I 608, 709, 874, 1031, 1244, 1333, 1402, II 350, 549, 728, 1066, 1141, 1260, III 213, 1109, 1122, IV 33, 243, 378 [πῶς ἴξομαι ζημιατὰ πατρός]; 505, 661, 769, 775, 821, 968, 994, 1234, 1236, 1396, 1419, 1516, 1570, 1678; Z 225 al. saepe).

νίσσεσθαι IV 257 acc. loc. habet (Eur. Phoen. 1234), apud Hom. autem acc. suffixum — δε adicitur (cf. N 186 al.). Contra ea Ap. ἔρχεσθαι et νεῖσθαι verba, quibus Hom. non raro accusativum solum adnectit (A 322, β 262 al.) cum praepositionibus aut suffixo — δε coniungit; cf. II 1052, III 306 al.

δύνειν saepius acc. loc. adsciscit, ut I 195, 263, 627, 635, 832, 1025, II 298, 921, III 1256, IV 206, 724, 863, 1180, 1618 (Γ 339 al.). Item δύνεσθαι IV 865, III 1191, IV 1545 (Ψ 739 al.). I 638 et IV 771 δύνειν etiam cum praep. ἐνι construitur; cum praep. κατά et acc. IV 966 (Ζ 136 al.).

Iam ad verba composita, quae accusativus loci sequitur, transeamus. Consentit Apollonii dictio cum Homeri in his verbis: ἀφικάνειν IV 849 (ξ 159 al.), ἀφικνεῖσθαι

I 1177 et II 766 (Δ 618 al.; cum praep. εἰς IV 690, ut Ω 431 al.), εἰςαφικάνειν IV 540, 614, 733, 777, 1761 (Ξ 230, χ 99), εἰςαφικνεῖσθαι IV 302, 645, 1215 (Χ 17, ο 38), εἰςέρχεσθαι III 39 (Χ 22 al.), ἐξικνεῖσθαι IV 1474 et III 312 (Θ 439 al.), ἐπιπλάζεσθαι III 1066 (Φ 14), ἀποίχεσθαι IV 370, 1819, II 455 (Α 50 al.), μετακιάθειν I 1221, III 489, 802, IV 305, 531, 781 (α 22), μετέρχεσθαι III 348, 438, IV 839 (Ζ 280, π 314; translate III 547 παρθενικὴν ἐπέεσσι μετελθέμεν), προςβάλλεσθαι IV 1046 (Ε 879), ὑποδύειν II 433 et IV 1378 (ε 435 al.).

Non congruit cum Homeri sermone structura verbi ἀνέρχεσθαι, cui Ap. II 1143 acc. solum, Hom. (ν 97 al.) praep. εἰς apponit. Simili modo in Arg. construuntur εἰςβαίνειν II 553 et IV 1590 (Soph. O. C. 997; Eur. Iph. T. 1097; aliter M 59), εἰςελάνειν II 672, 1265, 1283, IV 635 (aliter ν 113), ἐφιζάνειν I 667 (θῶνον ἐφιζάνε; Hom. et alii poetae praeph. utuntur). Etiam verbo ἀποίχεσθαι Ap. I 644 ἀποιχομένου Ἀχέροντος δίνας ἀπροφάτους acc. loc. adiungit. Ut h. l. cum Koechlio (l. l. p. 2) ἐποιχομένου corrigam, ea de causa adduei non possum, quod simili ratione Ap. I 987 (νῆα Χυτὸν λιμένα προτέρου ἐξήλασσαν ἔρμου) verbo ἐξελαύνειν acc. loci adicit.

Compositis ὑπένειαι (III 1077 τὸν ὑπήει οὐλὸς ἔρως, cf. Ar. vesp. 465), ὑπερέγεσθαι (II 984, ubi conferatur Merkeli adnotatio), εἰςαποβαίνειν (Ι 846 [Laur. εἰςανέβαν], IV 627, 650, 1781) Homerus abstinet.

Commemorare hic mihi liceat Apollonium uno loco (III 647 καὶ δὴ λελίγητο νέεσθαι αὐτοκατηγήτηνδε) accusativum substantivi personam denotantis, cui suffixum —δε subiunxit, e verbo motus aptum fecisse. Apud Homerum Ω 338 similiter dicitur Πηλείωνάδ' ἵκέσθαι.

Ad dimensionis accusativum exprimendum in Arg. aliquoties πάγχυσον adhibetur (cf. I 379, III 854, IV 1510) contra aliorum poetarum loquendi rationem. Cum hoc

usu conferas apud Homerum K 357 ἀπεσαν δουργηνεκὲς ἦ καὶ ἔλασσον et Ψ 529 λείπετ' ἀγακλῆρος Μενελάου δουρός ἔρωήν.

Memoratu dignum est apud Ap. adverbiorum loci δεῦρο, κεῖσε, εἴσω, ἔνδον notionem nonnunquam ita confundi, ut modo status, modo motus vim induant. Conferas II 874, 718, IV 712, I 906. Eam confusionem apud recentiores epicos poetas pervulgatam esse Lehrsius in libro suo de Aristarchi studiis Homericis³ p. 135 docet.

De acc. temporis. Locutionem Homericam δηρὸν χρόνον, Ξ 206 et 305 obviam, Ap. III 811 imitatus est; alibi simpliciter δηρόν ponit (cf. I 8 saepissime).

Accusativus κνέφας voci ἡμαρ̄ opponitur II 407 et IV 1689, contra usum Homeri, cui κνέφας „crepusculum“ significat.

ἡμαρ̄ (ἡματα) et νύκτα (νύκτας) Ap. eodem modo quo Hom. coniungit. Hom. autem uno loco excepto (Ψ 186) ubique eam nominum collocationem tenet, ut in loco priore νύκτα (νύκτας), in posteriore ἡμαρ̄ (ἡματα) ponat (cf. Ε 490, Σ 430, Χ 432, Ω 73 al.). Contra ea Ap. hunc ordinem invertit. Cf. I 1079, II 660, III 1079, IV 621, 1234, 1387.

Tribus in Arg. locis accusativum temporis non tam spatium quam vestigium significare iam Cholevius (p. 10) commemoravit. Sunt loci: IV 870 ἡματα . . χρίεσκε τέρεν δέμας, I 278 αἰθ' ἔφελον κειν' ἡμαρ̄ . . ψυχὴν μεθέμεν, III 899 αὐτὴν ἀπονισσόμεθ' ὥρην (cf. Krueg. II 46, 4).

C. De genetivo.

I. De genetivo puro.

De gen. originis. Eius generis structura, qualem Hom. B 327 Ὁἰλῆος ταχὺς Αἴας habet, apud Ap. non occurrit, quamquam recentioribus poetis non inusitata est. Insolenter I 482 (υἱας Ἀλωιάδας) cum nomine patronymico in — δης desinente υἱός vox coniungitur. Homerus autem nisi adiectivis patronymicis in — ιος excentibus substantivum υἱός non apponit. Cf. Τελαμώνιος υἱός (Λ 563, 591, N 67, P 115), Νηλήιος δ. (B 20), Καπανήιος δ. (Δ 367, E 108, 241). Similiter dicit Sophocles in Ai. 134 Τελαμώνε παι et Pindarus in Ol. 2, 12 δέ Κρόνει παι. Νηλήιος pro Νηληίδης cum nomine proprio coniunctum habemus I 156 (Περικλύμενος Νηλήιος); pariter K 18 Νέστορα Νηλήιον.

De gen. materiae. Genetivi materiae usus Apollonianus ab Homericō non recedit. Conferas exempla quae exstant II 34 καλαύροπα δριτρεφέος κοτίνοιο, ib. 1172 ἐσχάρη στιάων, III 232 στιβαροῦ ἀδάμαντος ἄροτρον, IV 973, 1178, 1190 cum Homericis K 262, Σ 574 al. II 843 seq. Ap. rem ita variat, ut primo praepositionem ἐκ cum substantivo materiam significante ponat (νήιος ἐκ κοτίνοιο φάλαγξ), deinde genetivum solum (φάλαγγα παλαιγνέος κοτίνοιο). — Cum verbis gen. mat. iungitur II 231 ἀδάμαντος ἐληλαμένον κέαρ, III 232 στιβαροῦ ἀδάμαντος ἄροτρον ἥλασεν (Σ 564), III 574 βόες χρυσοῖο τετεύχατο καστέροιο, ib. 613, II 1171 ἦτε sc. ἐσχάρη πέλε στιάων. Dativus eodem sensu II 695 βωμὸν τετύκοντο χέρμασιν (cf. o 116 al.) usurpatur.

Genetivi pretii, qui in Hom. carminibus aliquot locis adest (cf. Z 236, Λ 106, X 50, Ψ 485), in Arg. nullum exemplum repperi.

De gen. appositiō. Referendae sunt ad gen. appos. ex Apollonii poemate dictiones: Τεγέης πτολεύθρον

(I 398), πτόλιν Ὄρχομενο (II 654; cf. B 133 al.; aliter autem A 129 πόλιν Τροίην), νόστοιο τέλος (I 249; cf. χ 23), φόνου τέλος (I 834; cf. Γ 309 al.). Sed γάμοιο τέλος IV 1202 et λοιμοιο τέλος ib. 1285 hue non spectant, quod in his locutionibus genetivus attributivus statuendus est. — Praeter necessitatē abundantanter genetivus ponitur I 627 (βουκολίαι βοῶν) et IV 1342 (βουπελάται βοῶν). Cf. γ 422 et φ 199 βοῶν ἐπιβουκόλος ἀνήρ.

De gen. exclamativo. Gen. exclamativum interiectione ωμοι addita in Arg. legimus III 798 ωμοι ἐμῆς ἀτης. Similiter Hom. τ 363 et υ 209 dicit ωμοι ἔπειτ' Ὁδυσῆος ἀμύμονος.

De gen. obiectivo. Redolent praeter ceteras Homeri sermonem locutiones: μύθους Αἰθαλίδεω (I 649; cf. γ 94 μῦθον πλαζομένου, λ 492 παιδὸς ἀγαυοῦ μῦθον), Διὸς Ἰκεσίοιο δρκια (IV 358; cf. Γ 107 Διὸς δρκια), φόνου ἀμοιβήν (I 619), ἀμοιβήν ἀμπλακήν (II 476; cf. μ 382 βοῶν ἀμοιβήν). — φάτις Hom. cum gen. obi. iungit (cf. ψ 363), Ap. autem cum praep. ἀμφὶ et dat. (cf. IV 1333). — Nonnunquam in Hom. carminibus genetivus obi. etiam nominibus, quorum verba dativum adsciscere solent, adicitur. In Arg. tria huius usus exempla inveni: ἀλλὰ τί μύθων ἥδος; I 1294 et III 314 (cf. Σ 80); πειρήσασθαι ἔστι πυγμαχής II 6 (cf. Λ 542 Αἴαντος δ' ἀλέεινε μάχην); Ἐκάτην ἐπαρωγὸν ἀέθλων III 1211.

De gen. partitivo. Eam dictionem Homero usitatum, ut totum, quod partes singulae subsequuntur, non genetivo partitivo, sed eodem casu quo partes ponatur, Ap. I 1345 (τῷ δὲ Διὸς βουλῆσιν, δὲ μὲν . . δὲ . .) et IV 948 seq. retinuit. Exempla Homerica habemus E 27, H 306, N 584, O 416, η 129, θ 361, 695, τ 230, ω 483. — Audacius IV 1347 τρεῖς γάρ μοι ἀνιάζοντι θεάων κτλ. gen. part. usurpatur, quamquam hoc loco aliquam partitionem statuere non licet.

Adverbium *ἄλις* auctoritatem Homeri et tragicorum poetarum secutus Apollonius non cum gen. part., ut prosae orationis scriptores Attici solent, coniungit, sed nude ponit; cf. I 1261, II 87, 422, III 272, 329, IV 271, 656, 675. II 794 δῆγν ἀποτεμνόμενοι γαῖης *ἄλις* genetivus e participio aptus est.

De gen. cum adverbiis coniuncto. Cum genetivi ex adverbii pendentes adnumerari soleant partitivis (cf. Kuehn. gr. II 291; Delbrueck. Grundl. p. 39), iam qualis sit in hoc genere usus Apollonii videamus. Atque Homericu sermoni fere congruenter usurpantur: *ἄγχι* I 67, 553, II 94, III 219, IV 209 (apud Hom. I 43 al.); *ἄγχόθι* I 37, II 1045, IV 484 (E 412); *ἄνευθεν* I 855, III 641, 782, 988, 1031, IV 746, 1010 (E 185 al.); *ἀπάνευθε* I 863, II 872, 1207, III 114, 333, IV 371 (A 48 al.); *ἄντα* III 44 (B 626 al.); *ἄντια* I 790 (*ἄντια* δεσποίνης, item σ 377) et IV 1712 (*ἄντιον* Ap. absolute utitur, Hom. promise; cf. I 745, II 682, IV 496, ξ 19 al., E 256 al.); *ἄσσον* IV 782 (X 4, ρ 303); *διαμπέρές* II 319 et IV 1253 (M 429, Γ 362), *ἐγγύθι* I 633, III 927, IV 1074, 1444 (Z 317; Homericum *ἐγγύς* [II 225 al.] Ap. non habet; *ἐγγύθεν* nude ponit, ut II 137, 1121, III 122, IV 1423, Hom. autem cum gen. Λ 723); *εἰσω*, saepius ab Ap. quam ab Hom. cum gen. usurpatum (cf. I 357, 372, 390, II 73, 136, 577, III 311; η 135 et ϕ 290), contra ea cum verbo motus et acc. nominis iunctum Homero frequentatum (cf. A 71 al.; semel in Arg. IV 308); *ἐκάς* I 84, III 207, IV 131, 568 (E 791 al.); *ἐκάτερθεν* II 676 (Γ 340, Ψ 813); *ἐκτοθι* sensu Homericu i. q. *ἔξω* significans I 659, 793, 833 (O 391 et X 439), alia significatione, Homeri non propria, vim praepositionis *ἐκ* induens I 243, IV 1298, 1548, 1757; *ἐκτοσθε* I 634 et II 892 (apud Hom. I 522 al.); *ἐντοθεν* I 1037 et III 1201 (α 133); *ἐνδοθεν* I 929 (Z 247); *ἐνδοθι* I 936, II 346, 1262,

IV 1376, 1385 (Σ 287); *ἐνερθε* II 844, III 1159, IV 535 (Θ 16 al.); *ἐντός* I 782 (A 432 al.); *ἐντοσθε* II 759, III 755, IV 1068, 1135, 1780 Εὐβοίης *ἐντοσθεν*, „qua parte Euboea maxime ad terram continentem spectat“ (Z 364 al.); *ἴθις* I 1032 (E 849 al.); *καταντικρύ* II 624 (α 559, λ 64); *κατέπισθε* II 273 (λ 6 al.); *λάθρη* II 125 (E 269 al.); *μεσηγύς* IV 1575 (Θ 46 al.); *μέσφα* IV 337 (Θ 508; *μέχρι* in Arg. praepositionis locum, quem N 143 et Ω 128 habet, non tenet, sed coniunctionis tantum contra usum Homericum, ut IV 1234); *μετέπισθε* I 1064 (apud Hom. I 504 al.); *νόσφι* I 197, 1207, 1294, III 577, IV 346, 352, 406, 821 (Z 443 al.); translate II 276 Διὸς οὖ κεν ἐπέσθην νόσφιν et IV 10 (Μ 466 νόσφι θεῶν); *πάροιθε* II 52 (A 360 al.); τὸ πάροιθεν I 254, 284, 630, 816, II 1059, III 324, 473, 526, 895, IV 864, 884 (α 322 al.); *προπάροιθε* I 215, II 68, 527, 860, III 254, 317, IV 1477 (B 811 al.; apud Ap. πρ. casum subsequitur, apud Hom. collocatio promisea est); *πάρος* II 201 τοῦ δὲ πάρος, III 22 ποδῶν πάρος, ib. 422, 1063 (eadem collocatione Hom. utitur Θ 254 Τυδείδαι πάρος σχέμεν ωκέας ἵππους, ubi alii adverbio vim praepositionalem abiudicantes gen. Τυδείδαι cum comparativo πρότερος v. 253 coniungunt; sed usus et Apollonii et tragicorum confirmare videtur l. l. πάρος ab Homero praepositionis loco usurpatum esse); *πέλας* III 1074 et IV 1345 (σ 257); *σχεδόν* I 402, 408, 1243, II 1097, 1190, 1252, III 1073, IV 469, 506, 1125, 1313, 1744 (E 607 saepius); *τῆλε* III 1335 (Λ 817 al.); *τηλόθι* II 586 (Α 30 al.); at *τηλοῦ*, quod Hom. v 249 et ϕ 68 cum gen. construit, Ap. absolute ponit; cf. I 905, 1220, II 683, 1057, III 792, 1061, IV 529, 1247, 1466, 1478, [E 479 al.]); *καθύπερθε* III 581 (γ 170 al.).

His adverbii ea addamus, quae Hom. nude, Ap. cum gen. ponit: *ἀμοιβαδίς* IV 199; *ἐναμοιβαδίς* I 380 (ib. vid. Merk. adnot.); *ἄνδιχα* I 908 et II 927; *ἀπόπροσθι*

III 313 et 372; ἔνθα III 771; κατεναντίον II 360; κατεναντία III 1116 (Hom. Φ 567 κατεναντίον verbo eundi iunctum dativo apponit); νεισθεν I 1197; ἐπη IV 532; ἐπόθι II 1137 (Eur. Heracl. 19 ἐπου γῆς); πρόσω II 504 (Soph. Ai. 204; Eur. Herc. f. 1112); ὅπερθε I 534, 573, 622, 1088, 1096, III 1223 (Aesch. Sept. 228, Ag. 232); ἐφύπερθεν II 393 et IV 1708 (Theocr. 23, 59); ὅψθεν II 806 et IV 168 (Pind. Ol. 3, 12); ὅψθι II 569, 1079, IV 848, 926.

Prorsus autem aliena ab Hom. elocutione sunt adverbia cum genet. iuncta: ἀντιπέρηθεν (II 1030 et III 1271); ἀντιπέρην (II 177, 722, IV 68; Thuc. II 66); ἀποκριδόν (II 15); ἀπωθεν (IV 323 et 954; Eur. Iph. T. 108; Ar. Plut. 674); ἐπισχεδόν (II 1284 et IV 948; hymn. in Ap. 3); μετόπιν (IV 1764 τὰ μὲν μετόπιν γένεται Εὐφήμοιο, „haec post Euphemī aetatem gesta sunt“); μεσσόθι (II 172); πρόπαρ (I 454 et II 392; Hes. th. 518; Eur. Phoen. 120).

πρόσθεν, quod apud Hom. non raro gen. adsciscit (cf. Δ 54 al.), apud Ap. semper easu caret (cf. I 18, 624, II 313, 328, 451, III 577, 612, IV 1359); III 1296 πρόσθε δέ οἱ σάκος ἔσχεν dat. non ex adverbio πρ., sed ex verbo adverbio addito aptus est, ut apud Hom. E 300 πρόσθε δέ οἱ δόρυ τ' ἔσχε, ib. 315, Υ 95, ε 452.

De gen. e verbis apto. Verborum fruendi usus cum Homericō consentit. Cf. ἐπαυρίσκειν II 174 (Σ 302), ἐπαυρίσκεσθαι I 677, 1275, IV 964 (Α 410 al.), ἀπονινασθαι I 88 et II 196 (Δ 763 al.), πατεῖσθαι I 1072 (Τ 160 al.; acc. recipit II 1177, III 790, 807, IV 21, ut A 464 al.), κορέννυσθαι I 576, II 307, 1227 (Δ 562 al.).

λοέσθαι, quod verbum hoc loco afferre mihi liceat, Ap. eodem modo quo Hom. (cf. E 6, Z 508, Φ 560) cum gen. construit III 877 Ἀμνισσοῦ λοεσσαμένη ποταμοῦ et ib. 1203 λοέσσατο ποταμοῦ τέρεν δέμας, III 860

et 1030 autem cum dativo instrumentalī, ut apud Hom. II 669 al.

Audiendi verborum structura ab Homeri sermone non multum differt. Conferas ἀτεν I 448, III 270, 352 (apud Hom. II 508 al.; cum acc. I 124 et II 1256, ut K 532 al.); εἰςατεν I 764 (verbum Homero non usitatum, sed apud Theocritum 7, 88 sic usurpatum; cum acc. II 194, 1085, III 330, IV 584; cum praep. ἐν III 903); ἀκούειν I 278, 1260, III 735 (Β 98 al.; cum acc. rei I 1087, II 754, III 938, 1092, ut B 200 al.; aliis locis Hom. etiam gen. rei huic verbo adiungit, ut X 447 al.); κλύειν IV 1654 κέκλυτέ μεν (Α 37 al.; III 1158 οὔτε τι μύθων ἔκλυεν gen. ex pronomine pendet; cum gen. pers. et acc. rei III 669, cum acc. rei solo I 5, 963, IV 1382, ut Δ 455 al.); πυνθάνεσθαι I 981 et IV 1469 (Ρ 408 al.; cum acc. I 983 et II 186, ut Ο 379 al.; inusitate cum praep. ὑπέρ et gen. IV 531). Insolentius εἰςακούειν III 914 τήγδε καστιγνήτων ἔξακουσεν . . μετὰ νηὸν ιοῦσαν cum gen. coniungitur (cf. Eur. Hec. 555) et I 766 cum praep. ἀπό et gen. personae; acc. rei adnectitur III 696 et IV 624 (Soph. El. 38). ἐπικλύειν I 1240 gen. personae (cf. ε 150), III 598 acc. rei (cf. Ψ 652), ὑποκλύειν III 477 gen. pers. adsciscit.

E verbis recordandi et obliviscendi μιμησκεσθαι sive μνᾶσθαι (cf. Rzachium l. l. p. 152) saepius cum genetivo (cf. I 518, 896, 1073, II 862, 1051, III 813, 1111, 1140, IV 60, 253, 383, 1023, 1196, 1732; Δ 222 al.), ut in Hom. carminibus, quam cum acc. construitur (cf. I 2, III 556, 1069; Ζ 222 al.). Compositum ἐπιμιμησκεσθαι genetivo iunctum in Arg. semel habemus II 877, compluries apud Hom. (cf. P 103 al.). — λανθάνεσθαι I 280 et II 354 (Δ 127 al.), ἐκλανθάνεσθαι II 488 et III 1112 (Ζ 285 al.), ἐπιλανθάνεσθαι III 1080 (Η 452 al.) gen. recipiunt. Insolenter II 150 (ροπάλῳ μιν ἀγηνορίης λελα-

θέσθαι) aoristus verbi λανθάνεσθαι sensu causativo usurpatur. Cf. Merk. proll. p. LXXVII. Item Hom. Ο 60 ("Εκτορα λελάθη sc. Ἀπόλλων σδυνάων) activi aoristo utitur, quem eodem significatu, sed genetivo nominis omisso Ap. II 226 ἀλλά κε ρεῖα αὐτὸς ἔδν (pro ἔμδν) λελάθοιμι νόνον praebet; ἐκλανθάνειν cum dupl. acc. coniungitur B 600 ἐκλέλαθον κιθαριστόν sc. αὐτόν. — οὐκ ὅθεσθαι cum genetivo coniungitur I 1267 et III 94, ut A 181. Eodem modo οὐκ ἀλέγειν I 1219 et II 28 (Θ 438 al.), οὐκ ἀλεγίζειν I 14 et 813 (A 160 al.), οὐκ ἀκηδεῖν II 98 (ubi vid. Merk. adnot.; Ε 427 al.) usurpantur. Negatione praetermissa ἀλέγειν II 325, ut in II. I 504, cum genetivo, I 145 autem, ut ζ 268, cum accusativo construitur. Verbo κήδεσθαι et Ap. et Hom. gen. adnectit; cf. II 439 et III 795, A 56 al. At οὐκ ἀθερίζειν apud Hom. non, ut apud Ap. I 123 et II 488 genetivum, sed accusativum adsciscit; cf. A 261, ψ 174 (ubi σέ suppendum est). ἀθερίζειν nude positum, quale apud Hom. non in usu est, gen. recipit II 477, acc. III 80 et IV 1101. — δπίζεσθαι genetivo iungitur II 181 (cf. Theogn. 734 Bgk.), accusativo, ut semper in Hom. carminibus, IV 700 (Σ 216 al.).

Pro verbo simplici φείδεσθαι (cf. E 502 al.) Ap. compositum, Homero non usitatum, praebet I 620 περιφείσατο πατρός (Theocr. epigr. 9, 1). Verbum contrariae notionis ἀφειδεῖν II 869 (ἀφειδήσαντας ἀέθλων) et III 630 habemus (cf. Soph. El. 980). — μέλεσθαι Hom. semel ξ 505, Ap. autem saepius cum gen. construit; cf. I 967, 971, 1124, 1355, II 835, (Soph. O. R. 1466; Theocr. I 53). Participium μεμηλώς, in Arg. semel (II 226) usurpatum, genetivo iungitur, ut E 708 al.; ceterae autem generis activi formae apud utrumque poetam aut dativo personae et nominativo rei (cf. I 817, 839, II 989, 1002, III 292, IV 794; E 228 al.) aut infinitivo (cf. I 355,

1223, III 590, IV 1470; π 465). ἀμελεῖν (cf. Θ 330 al.) apud Ap. non in usu est.

E verbis imperandi pariter apud Ap. ut apud Hom. genetivum recipiunt: ἀνάσσειν (II 1233 et IV 1599; K 33 al.), βασιλεύειν (III 1089; λ 285), ἡγεμονεύειν (Ι 704; B 527 al.). De structura verbi ἀνάσσειν cum dativo locali vide infra. ἀρχεῖν apud Ap. I 347 genetivum (δμάδοιο), apud Hom. B 345 et E 500 dativum adsciscit. ἀρχεῖν et ἀρχεσθαι incipiendi notione praedita in Arg., ut in Hom. carminibus, genetivum recipiunt; cf. II 704, 1178 (B 443 al.); I 1, II 610, III 11 (in II. I 97). ἀρχεῖν autem "imperare" significans, quod Hom. non raro genetivo adiungit (cf. B 512 al.), Ap. non exhibit.

Usus verborum affectuum, qualis in Arg. invenitur, ab Homericō aliquid desciscit. Velut ἔγασθαι, „invidere“, I 141 genetivo causae subiungitur, apud Hom. autem aut accusativo (cf. δ 181) aut praepositioni περὶ et genetivo (Ψ 639). ἀτύχεσθαι genetivo iunctum habes II 635 et IV 1032 (ubi vid. Merk. adnot.), ut in Eur. Troad. 810; accusativo vero, ut Z 468 (πατρὸς δψιν ἀτυχθεῖς), II 1024 ἀτυχμενοι παρεβότας (cum dat. causae I 1286 ἀμηχανήσιν ἀτυχθεῖς). μεγαίρειν, „invidere“, I 288 θεὰ πολέος ἐμέγηρε τόκοιο eandem constructionem praebet atque N 563 (βιότοιο μεγήρας). Accusativus pronominis sensu appositive III 405 οὕτι μεγαίρω additur (cf. Ψ 865). περιχώσεσθαι apud Hom. I 449 et Ε 266 gen. adsciscit; aliter Ap. dicit IV 616 χωρίεν περὶ παιδὶ (cf. Hes. sc. H. 12). Sunt alia quoque verba huc spectantia, quae Hom. genetivo iungit, Ap. autem aut absolute, aut, quod rarius fit, cum praepositionibus ponit, ut ἀχεῖν (B 694 al.; II 622, III 627, 659, IV 1054; III 643 cum ἐπὶ et dat.), ἀκαχίζεσθαι (Δ 702 al.; II 190, III 101, 618, 672, IV 1260, 1324), ἀσχαλᾶν (τ 159 al.; II 243, 489, 836, 888, 1114, III 433, 448, 710, IV 108, 138, 1276, 1703),

κοτεῖν (Δ 168, II 89, III 1252, IV 701, 1088, 1672), χολοῦσθαι (Δ 494 al.; IV 9 cum ἐπί et dat., ut batrach. 109). — μηνίειν (cf. E 178) in Arg. non occurrit.

Verbis modo allatis ea adiungamus, quae tangendi notionem habent. Quorum usus non multum deflectit ab Homericō. ἀντιβολεῖν gen. apponitur I 12, ut Δ 432 al.; insolentius autem eodem significatu dativo III 1213 θεὸς ἀντεβόλησεν ἑροῖς. Aliis autem in locis dativo subiunctum occurrenti significationem habet (cf. II 1121, III 68, 941, 1213, IV 1551), ut H 114 al. ἀπτεσθαι et ἐφάπτεσθαι verba sensu proprio usurpata genetivo adduntur II 717, III 377, 873 (A 512 al.), translato, Homeri non peculiari, I 999 ἥπτοντο φόνοι (cf. Soph. Ant. 179; Pind. Pyth. 3, 29; Xen. exp. Cyr. V 6, 28 al.; Thuc. VIII 92, 4). — ἐπιμαίεσθαι translate positum acc. recipit III 816 (cf. hymn. in Merc. 108), peculiariter genetivum III 106 et IV 18. Hom. huic verbo proprie posito accusativum adnectit (cf. Δ 190 al.), vi vero appetendi praedito genetivum (cf. K 401 al.). Verbum simplex μαίεσθαι IV 1275, ubi „appetere“ significat, genetivum, IV 1556 autem notione querendi instructum accusativum habet, ut similiter ν 367. — ἔχειν genetivum admittens III 147 (χιτῶνος ἔχειν) Homericæ dictio, qualis est Δ 154 (χειρὸς ἔχων Μενέλαον), respondet. Sed κατέχεσθαι et εὗ ἰσχειν Hom. non cum genetivo coniungit, ut Ap. III 128 μὲν γναθμοῖο κατασχομένη et IV 1536 εὗ κτερέων ἰσχοντα (cf. Eur. Heracl. 379 εὗ χαρίτων ἔχουσαν πόλιν). Homeri locutionem ἔχεσθαι τινος (cf. ε 429) Ap. non habet. Contra Homerus verbo εἰςανέχειν caret, quod genetivo iunctum in Arg. invenis IV 291 πόντου Τρινακρίου εἰςανέχοντα sc. κόλπον, „sinum mare Siculum attingentem“. Commemorare liceat eidem verbo significatione simili posito accusativum adiungi IV 1578 κεῖνο sc. πέλαγος Πελοπήδα γαῖαν εἰςανέχει. — Structura verbi μάρπτειν a sermone Homeri,

qui ubique acc. obi. solum ei addit, ut Ap. quoque alibi (cf. II 535, 555, III 1388, IV 432), IV 1663 χειρὸς δέ ἐ χειρὶ μεμαρπώς, ubi gen. partis adiectus est, discrepat (cf. Pind. Nem. 1, 45). — μείρεσθαι uterque poeta promiscue et cum gen. (cf. IV 62; A 278 al. et cum acc. (cf. III 4, 208, IV 1749; apud Hom. I 616) eodem sensu ponit. — δρέγεσθαι ad exemplum Homeri gen. adsciscit II 828, 1111, IV 852 (cf. Z 466), more autem ab eo diverso acc. obi. et gen. partis IV 1605 δρεξάμενος λασίης εύπειθέα sc. ἦπον χατῆς. Compositum ἐπορέγεσθαι Hom. absolute (cf. E 335), Ap. autem cum gen. usurpat I 1313. — ἐπιχρᾶν genetivo adnexum II 283 τάων sc. Ἀρπυιῶν ἐπέχρασον χερσίν invenitur; Hom. dativum apponit II 352 al. Inusitate cogendi sensum accipiens cum acc. coniungitur III 431 ή με καὶ ἐνθάδε νεῖσθαι ἐπέχρασον. — πειρᾶσθαι, „tentare aliquem“, III 10 πείραζε δ' Ἀθηναίην πάρος Ἡρη accusativum, π 319 autem et ϕ 114 genetivum adsciscit. At I 495 πείραζεν ἀσιδῆς significans „initium facere alicuius rei“ genetivum recipit. — πειρᾶν et πειρᾶσθαι ab utroque poeta eodem modo cum gen. iunguntur; cf. III 722 et 1249; apud Hom. I 345; I 114, 1060, II 638, 1221, III 68, 399, 642, 693, 1147, IV 37, 459; K 444 al. πειρητᾶς et participium τεταγών (cf. ο 304 al.; A 591 al.) Ap. non praebet; Homero autem verba ἐπαφᾶσθαι (cf. IV 27; Mosch. 2, 50) et θτῆγάνειν (cf. I 842, IV 931, 1013; Aesch. Sept. 44; Soph. Phil. 408) non usitata sunt. Simili autem modo uterque eorum utitur verbis ἀηθέσσειν (IV 38; K 493), δράσσεσθαι (I 1131; N 393 al.), ψάνειν (II 266; Ψ 519 al.), ἐρύειν (I 760; X 493).

Aliquot verbis huc pertinentibus Homerus praeter acc. obiecti etiam gen. partis attribuit, quo Apollonius abstinet. Quorum in numero sunt: αἱρεῖν (A 197 al.; aliter I 957, II 814, III 197 al.), ἔλκειν (N 383 al.; aliter II 221, 668, IV 888), λαμβάνειν (Δ 463 al.; aliter

I 1197, III 76 saepius), σπᾶν (Δ 530; aliter I 1239 et IV 208).

Iam ea verba afferenda sunt, in quibus appetendi notio inest. Ex iis ἔλθεσθαι verbum Hom. modo cum gen. (cf. Ε 276 al.), modo cum acc. (cf. E 481) iungit, Ap. autem cum gen. tantum (cf. II 949 et III 1259; Hes. op. 381). Sed ιθέειν verbum genetivus sequitur III 1060, ut Ο 693. λεληθσθαι, quod verbum apud Hom. absolute ponitur (cf. M 106 al.), in Arg. I 1164 gen. recipit, quae consuetudo dicendi ante Apollonii aetatem non reperitur. λίπταιν cum gen. coniungitur IV 813 τεοῦ λίπτοντα γάλακτος. Medium genus huius verbi cum eodem casu iunctum habemus in Aeschyli Sept. 380 μάχης λελυμένος. — De structura verbi ματεσθαι iam supra dictum est. Nec minus eiusdem etymi verba μαιμᾶν et μεμονέναι notione appetendi instructa genetivum admittunt II 269, III 434, 509 (cf. Soph. Ai. 50). Homerus haec verba sine casu ponit (cf. E 670 al.; II 435 al.); tragi poetae μεμονέναι verbo acc. addunt (cf. e. c. Aesch. Sept. 686). Ad usum autem Homericum se applicant et genetivum recipiunt verba ἐπείγεσθαι IV 1008 (T 142 al.), ἵμερειν I 779 (α 431 al.), ἵμερεσθαι III 117 (α 41), χατεῖν I 837, II 316, III 84 (γ 48), χατίζειν I 1173 (B 225 al.).

Verba adipiscendi significatu praedita eaque genetivo adiuncta in Arg. habemus haec: ἀντιᾶν, κυρεῖν, ἐπικυρεῖν, τυγχάνειν. Ac verbum quidem ἀντιᾶν, ut de hoc primum disseram, significatione usitata positum legimus I 836, III 588, 880, IV 806 (A 67 al.). Sed I 703 τοῦδ' ἀνέρος ἀντιώσα in hoc verbo precandi notio inest, quam ante Apollonii tempora non recipit.* II 100 Πολυδεύκεος ἀντιάσκον de persona dictum significat „petere aliquem“

*) Pari modo ἀντεσθαι usurpatur III 77 ἀντομένην "Ἡρην ἔθεν εἰσορόωσα.

(cf. H 231). De huius verbi structura cum dat. vide infra. — κυρεῖν apud Herodotum (I 31 al.) et poetas tragicos (cf. e. c. Aesch. Pers. 797) cum gen. iungitur. Item construitur hoc verbum in Arg. II 980 ὅπῃ κύρσειε ἡγείρου χθαμαλῆς et compositum ἐπικυρεῖν, quod Homero in usu non est, III 342 τάῶν αἰνοτάτης sc. νηὸς ἐπεκύρσαμεν (cf. Aesch. Pers. 852). Homerus cum verbo κυρεῖν Ψ 428 dativum, Γ 23 autem praepositionem ἐπὶ et dativum coniungit. — τυγχάνειν verbi usus II 1197 non desciscit ab Homericō (cf. E 587 al.).

Cum verbis ἀντᾶν (IV 845 al.), μεμαέναι (IV 399 al.), διστεύειν (I 759 al.), ὀρμασθαι (I 131), ἀμαρτάνειν (II 623), quae similis fere notionis sunt atque ea quae modo attuli, Ap. nunquam genetivum coniungit, quod Hom. aliquot locis facit. Neque verbis λαγχάνειν et τιτύσκεσθαι genetivus in Arg. apponitur, sed accusativus; cf. I 920, 1226, II 258, 881; IV 248. λαγχάνειν iam ab Homero saepius cum accusativo (cf. Δ 49 al.) quam cum genetivo coniungitur (Ω 76 et ε 311). τιτύσκεσθαι autem in illo Arg. loco (IV 248) parandi notione utitur, quo sensu apud Hom. quoque acc. adsciscit (cf. Φ 343). Eodem vero significatu, quo Homero genetivo iunctum frequentatur (cf. Α 350 al.), in Arg. non invenitur. — κιχάνειν et κιχάνεσθαι uterque poeta accusativo subiungit; cf. I 1158, IV 760, 1482; B 188 al. — ἀκοντίζειν (cf. N 183 al.) et τοξάζεσθαι (θ 218) Apollonio non in usu sunt.

εἶναι cum gen. possessoris coniunctum, quod poetae Homero posteriores (cf. Hes. th. 321) et prosae orationis scriptores exhibent, IV 377 εἰ κεν δή με κασιγνήτοιο δικάσση ἔμμεναι οὕτος ἄναξ exstat.

In usurpandis implendi verbis Ap. a sermone Homeri non deflectit. Conferas πλήθειν III 271 (Θ 214 al.), πιμπλάναι I 1052 (apud Hom. II 72 al.), ἐμπιπλάναι I 697, III 1350, IV 17 (Φ 311 al.). Generis passivi formae verbi πλήθειν

dativo adnectuntur III 1392 et IV 564, ut apud Hom. II 374 al. — βρίθειν, quod verbum hoc referatur, apud Hom. I 219 et σ 334 cum gen. iungitur, Σ 561 autem cum dat. Dativum Ap. quoque huic verbo addit I 384 et IV 177 (cf. hymn. in Cer. 473; Eur. Phoen. 1557, Troad. 216).

De gen. ex adiectivis et participiis pendente. Cum usu dicendi Homeri consentiunt adiectiva: ἀδρις IV 50 (κ 82), νῆις I 255 et III 32 (θ 179), ἀξιος III 351 (α 318), ἀντάξιος IV 803 (Ι 401), ἑρός I 1119, II 687, IV 1153 (ζ 322 al.), ἀντίος II 62 et III 127 (B 185 al.), ἔμπλεος III 1281 et 1321 (σ 119 al.), εὖνις IV 500 (Χ 44), ἀκόρητος I 616 (Η 117 al.), δακτύμων I 80 (θ 159). ἐπίστωρ II 872 ἐπίστορα νηῶν alio sensu usurpatum atque IV 89 θεοὺς μύθων ἐπίστορας, „deos verborum testes“; significatu autem ab utroque loco diverso hoc adiectivum apud Hom. ponitur φ 26 Ἡρακλῆς μεγάλων ἐπίστορα ἔργων, „H. conscient malorum facinorum“. περίπλεος contra usum vulgarem cum dat. construit I 858 καπνῷ κνισθέντι περίπλεον sc. ἄστυ.

Non absolute, ut Homerus, sed cum genetivo Apollonius adiectiva ponit haec: ἵδρις II 871 (Aesch. Ag. 446; Soph. El. 608 al.), ἀγέραστος III 65, ἀκήρατος I 974 (Eur. Hipp. 949), ἐπαίτιος I 414 (Aesch. Eum. 465; Eur. Hipp. 1383), ἐπώνυμος I 404, 412, 1346, IV 515, 1228 (Hes. frag. 3 Goettl.; Aesch. Suppl. 252 al.; cum adverbio ἔνθεν coniunctum legimus ἐπ. adiectivum II 1017 αὐτοὶ ἐπώνυμοι ἔνθεν ἔασιν), σχέτλιος IV 1047 (Eur. Andr. 1179), κεινός III 1346 (Soph. Ant. 754 al.), θελκτήριος III 33, 738, 766, IV 1080 (Aesch. Suppl. 1004; Eur. Hipp. 509).

Omnino non in Hom. carminibus haec adiectiva in Arg. genetivo iuncta ocurrunt: ἀμνήμων (II 469), ἀφειδῆς (IV 1252 idem valens quod „contemnens“; „non parcens“ apud alios poetas significat, velut apud Aesch. Ag. 195),

ἀψαυστος (II 113; Soph. O. R. 969), ἐπάξιος (I 150; Aesch. Eum. 271; Eur. Bacch. 716), ὑπακουός IV 1381, ἐμόγνιος (III 1076 et IV 743), ῥαιστήριος (III 790 et IV 921).

Contra ea ab Apollonii consuetudine loquendi sunt aliena adiectiva Homero usitata: ἀδαήμων (Ε 634), ἄμμορος (Σ 489), ἀπυστος (δ 675), ἀτος (Ε 388), ἔμμορος (θ 480), ἐπίληθος (δ 221), ἐπιστεφῆς (Θ 232), μνήμων (θ 163). Absolute autem, quae Hom. cum gen. coniungit, in Arg. usurpantur adiectiva ἀπαστος IV 1295 (δ 788), ἀφνειός I 57 al. (Ε 544), πλειος I 472 (in Il. I 71).

Participium ἐπιστάμενος genetivum habet II 1222 (πολέμωιο), ut apud Hom. φ 406 (φόρμιγγος καὶ ἀοδῆς); dativum adsciscit in Iliade Ο 282 (ἄκοντι), ut similiter ἐπιστήμων in Odyssea π 374 (βούλῃ τε νόῳ τε). δεδαημένος, participium Homero non usitatum, genet. in Arg. recipit I 147 (ἴππων), II 278 (ἄγρης), IV 1278 (νηῶν); dativum in hymno in Merc. 483 (τέχνῃ, σοφίῃ). Infinitivum δακτύμενα: Hom. Φ 487 (πολέμωιο) cum gen. construit. — Participio εἰδώς Hom. saepius genetivum addit (cf. B 718 al.) quam accusativum (cf. ζ 12 al.), quem Ap. I 508 apponit. — Verbi ἀμηχανεῖν, ab Homeri sermone alieni, participium praesentis in Arg. IV 692 (ἀμηχανέουσα κύντων) genetivo adnectitur.

De gen. loci. Genetivi loci nude positi apud Apollonium multo rarius quam apud Homerum et tragicos poetas occurunt. Collegi hosee: αὐτοῦ (I 329, II 497, III 1277, IV 1657; B 237 al.), νειστο („in campo“, III 1056), στηθέων (III 954 στηθέων ἐάγη κέαρ, aliter α 341), χθονός (IV 1478 Ἡρακλῆς ἀπειρεσίης τηλοῦ χθονὸς εἰσατο Λυγκεὺς τῶς ἴσσειν, ὡς κτλ., „Lynceus Herculem in immensa [Africæ] terra longe progredientem conspicere sibi visus est“). — E verbis compositis, quae genetivum significatu locali admittunt, dictionem Homericam obtinent

ἐπιβαίνειν I 446, 716, II 538, 556, 918, 946, III 869, IV 86, 458, 1166 (cf. Δ 99 al.) et ἐπεμβαίνειν II 1144 (cf. apud Hom. I 582). περιέχεσθαι ab utroque poeta genetivo quidem adiungitur sed sensu diverso: proprio ab Ap. IV 82 (γούνων) et ib. 751 (χειρός), translato ab Hom. A 393 (περίσχει παιδὸς ἔησος). ἐφέζεσθαι duplice structura in Arg. utitur: cum genetivo coniungitur III 1001 νῆδος ἐφεζομένη (cf. Pind. Nem. 4, 67), cum dativo, ut apud Hom. (cf. Ψ 878 al.), III 995 ἡρόεσσιν ἐφεζόμεναι. διεσθαι autem (cf. II 372 εὐρείης διαιειμένος sc. Θερμώδων ἡπείροιο) et ὑπερπέλεσθαι (cf. IV 1637 ἦτ' ἄλλων ὑπερέπλετο νήσων) Homero in usu non sunt. Contra ea in Arg. locutiones velut διαπρήσειν πεδίοιο similesque (cf. La Rochium ad B 785) non inveniuntur.

De gen. temporis. Genetivi temporis, quales apud Homerum exstant (cf. ἡοῦς Θ 470, 525; νηεμής E 523; ὀπώρης X 27; χείματος η 118; θέρευς ib.; νυκτός γ 278; λυκάβαντος ξ 161 et 306) et apud alios scriptores cum vinctae tum solutae orationis non raro obvii fiunt, in Apollonii poemate prorsus desunt. Cholevius quidem (l. l. p. 16) haud dubie Brunckii editionem Arg. secutus genetivum temporis νυκτός (IV 624) affert; sed codd. Laur. et Guelf. νύκτας praebent, quae lectio accusativo νῆματα in versu praegresso 621 scripto satis munitur.

II. De genetivo-ablativo.

De gen.-abl. e verbis apto. Primum de usu verborum separandi disseramus. ἀπαμείρεσθαι, quo verbo Hom. non utitur, genetivo subiungitur III 785 κεῖνος ἔτε ζωῆς ἀπαμείρεται (Hes. th. 801). De huius verbi structura cum duplice accusativo iam supra dictum est. — Pro verbo εἰκάδειν, cui Ap. I 105 Κρόνῳ εἰκάδε τιμῆς gen.

rei et dat. pers. apponit, Hom. eodem sensu eademque constructione εἰκάδεν Δ 509, π 42, χ 91 usurpat; cum genetivo solo E 348 et σ 10 iungitur. Ap. verbo εἰκάδε dativum solum adnectit, ut I 805 al. — Dupli ratione Ap. ἀπαυρᾶν construit: III 175 et IV 1433 cum gen. rei et acc. personae, IV 196 autem cum acc. rei et dat. personae. Posteriorem structuram Hom. P 236 et γ 192 habet; ceteroquin duplice accusativum apponere solet. — νοσφίζεσθαι: intransitive positum Hom. ψ 98 πατρὸς νοσφίζειν genetivo adiungit; Ap. vero formas activi et medii generis transitive usurpatas eidem casui addit II 793 μὲ Βέβρυχες ἐνσφισσαν Ἡρακλῆς, IV 1108 οὐ μιν ἐοῦ πόσιος νοσφίσσομαι, ib. 182 (ubi gen. suppleatur). Item construit ἀπονοσφίζειν IV 36 (cf. hymn. in Cer. 158; Soph. Phil. 979 al.). — Homerus non λωφᾶν, ut Ap. II 648 et III 784, sed καταλωφᾶν (cf. ι 459) cum genetivo coniungit. — δένεσθαι apud Hom. cum praepositionibus (ὑπό P 224 al., ὑπέν μ 107), apud Ap. cum gen. construitur; cf. II 218, III 906, IV 1073, 1703. — Verbo ἐργητεύειν in Hom. carminibus gen. separationis non adicitur (cf. A 192, Λ 567 al.), quod fit in Arg. I 296 ἐπεὶ οὐ μὲν ἐργητύεις κακότητος sc. ἐμέ, II 331, III 561 (Eur. Phoen. 1260); aliis in locis gen. omittitur, ut I 1301, II 251, IV 187. Simile quid in verbo ἀτίζειν obvenit; conferas I 615 οὕνεκα μιν γεράων ἐπὶ δηρὸν ἀτισσαν cum II 9 ὑπερβασίησιν ἀτισσεν sc. μίν (Ι 166). — Verbum σασῶν III 1127 κακότητος ἀδηγη ἐσάωθεν ἀκοίται gen. abl. adsciscere ea de causa putaverim, quod Hom. (cf. E 469 al.) ei praep. ἐκ adnectit et alii poetae, ut Sophocles (cf. Phil. 919 σῶσαι κακοῦ, Ant. 1162 σώσας ἐχθρῶν χθένα) et Euripides (cf. Or. 779 σωθῆναι κακῶν) verbo σώζειν gen.-abl. addunt. Cholevius autem (l. l. p. 15) gen. κακότητος ex adverbio ἀδηγη pendere opinatur et collato loco Homericō ε 290 ἀδηγη ἐλάχιν κακότητος vertit

locum nostrum „im Uebermaſſe des Unglücks“. Sed haec interpretatio in locum laudatum non quadrat. Jason enim sine dubio dicere vult Graecos Medeae magnam gratiam habituros esse, quod illius opera fratres et mariti sui ab interitu vindicati sint. Si haec Jasonis mens est, ἔσην absolute positum, quo sensu in ceteris quoque Arg. locis usurpatum, velut I 485, 576, II 82, IV 276, 1216, ad verbum ἔσαωθεν referendum est. Non fugit me II 610 σώεσθαι: cum praep. ἐκ coniunctum inveniri. Sed ne nimium hoc putaveris. Nam idem in verbo ἔλανγειν — conferas locum Homericum, quem Cholevius attulit — accidit, ut III 597 ὅφρα ἐ τιμῆς καὶ σκήπτρων ἐλάσσειν cum gen. solo, aliis autem in locis cum praepositionibus iungatur (ἐκ IV 386, ἀπό I 1107, ὑπέκ III 1183, ἐκτός IV 211).

Iam aliquot locos hie afferamus, in quibus gen.-abl. cum verbis motum denotantibus, quibus alii poetae prae-positiones adiungere solent, insolentiore modo ponitur. Sic scriptum habemus I 1183 φυλάδα λειμώνων φέρον (aliter N 515 al.), ib. 1196 τὴν sc. ἐλάτην διπέδοιο τινάξεις, III 1253 ἀλτο δ' ἄκωνή διαστήρ ἀκμονος ὥστε (aliter Γ 29), IV 598 Φαέθων πέσεν ἄρματος Ἡελίου (aliter H 16 al.), ib. 728 βλεφάρων ἔσαν sc. Ἡελίου γενεῇ αἴγλην (aliter ψ 33 βλεφάρων δ' ἀπὸ δάκρυον ἥκεν), I 1031 δηιστῆτος ἵκέσθαι (Ζ 502 ἐκ πολέμοιο ἕξεσθαι). Contra ea ἀφύσσειν apud Hom. ψ 305 cum gen. solo, apud Ap. autem III 1349 cum praep. ἐκ coniungitur.

Propius quam in exemplis modo prolatiis Ap. ad Homeri aliorumque poetarum elocutionem accedit in usurpatione verborum ἔργειν III 184 (cf. Merkel. proll. p. CXXXIX; IV 1208; N 525, P 571), λύειν I 903 et III 62 (ε 397, ν 321, π 364), παύειν IV 714, 775, 779 (B 595 al.), παύεσθαι III 418 (A 467 al.), λήγειν III 1301 et IV 669 (A 210), ἀπολύγειν I 1353 (H 263 et Λ 255),

μεταλήγειν I 1270 (in Il. I 157 et 299), χάζεσθαι III 1051 (Λ 504; cum praep. ὑπέκ III 1320), ἀναχάζεσθαι IV 1241 (E 822 al. absolute ponitur), μεταχάζεσθαι: III 436, ὠθεῖσθαι: II 1054 (λέμνης ὁσασθαι; M 420; cum praep. ἀπό IV 104, ut E 19 al.), ἐρύειν II 102 (M 258 al.), ἔχεσθαι, „se abstinere aliqua re“, I 334, II 1202, III 1268, IV 1056 (B 98, Γ 84, I 655, N 360, 747, P 503, δ 422, ω 57). — ἀφαιρεῖσθαι verbum gen. adsciscit χ 219, A 161 autem, ut apud Ap. IV 1040, dativum personae et accusativum rei.

Notione inopiae instructa δεύεσθαι: et ἐπιδεύεσθαι verba ad exemplum Homeri gen.-abl. iuncta invenimus I 732 μιῆς δ' ἔτι δεύετο sc. κερχυνός μεσύνον ἀκτῆνος, II 974 τετράδος εἰς ἐκατὸν δεύοιτο κεν, IV 491 οὐ μάλιστρωγῆς δευομένους (B 128 al.), III 1717 δισσον διθένος ἔστιν ἐμεῖο, μή σ' ἐπιδεύσεσθαι (ubi gen. ex enuntiato secundario supplendus est; cf. B 229 al.). II 1220 οὕτε γάρ δῶλαν ἀλκην ἐπιδεύμεθα absolute usurpatum significat εἰς „inferiorem esse“. Res in qua quis cedit alicui in hoc loco accusativo relationis ponitur, apud Hom. autem P 142, Ψ 670, Ω 385 genetivo. — λείπεσθαι verbum gen.-abl. sequitur I 315, ut Ψ 523; sed I 1064 οὐ.. Κλείτη φθιμένοιο λέλειπτο οὐ πόσιος μετέπισθε genetivus ex adverbio μετόπισθε pendet.

Ad verbum εἶναι, quo exprimatur, unde aliquis originem suam ducat, eodem sensu quo apud Hom. genetivus in Arg. accedit: II 521 Λυκάονός εἰσι γενέθλης, ib. 990, III 358 (δ 232); IV 992 αἵματος Ούρανοιο γένος Φαίηνες ἔκαστη, ib. 1389 (Ζ 211 ταύτης τοι γενεῆς τε καὶ αἵματος εῦχομαι εἶναι, δ 611, π 300; α 215, δ 206). Prapositio ἀπό adicitur I 230 Μινύαο θυγατρῶν οἱ πλεῖστοι ἀφ' αἵματος εὔχετόντο εἴμεναι.

E compositis, quae in Homeri carminibus gen.-abl. coniuncta occurrunt, in Ap. poemate maior numerus

redit, velut ἀναδύεσθαι (I 1228; A 359 al.), ἐκγίγνεσθαι (I 56, 157, 208, 223, 952, 975, III 364, IV 260; Γ 199, E 637 al.), ἔξεναι (I 446; α 374 et β 139), ἐξέρχεσθαι (II 202; X 237 al., ἐξάλλεσθαι (II 268 et IV 464; E 142 al.), ἐκεύεσθαι (IV 40; H 1), καταβάνειν (III 889; E 109), ἐξαποβαίνειν (III 199 et 326; μ 306), ἐπόρνυσθαι (I 800; E 105 Λυκίηθεν), ἐκβλώσκειν (I 845 πυλάων; Λ 604 κλισίηθεν; ἐκπροβλώσκειν ευμ gen. IV 1539 et 1587), κατέρχεσθαι: (IV 329 et 1684; Γ 125), ἀφορμάσθαι: (I 190, II 317, IV 1022; B 794), ἀποτίθεσθαι: (I 129; φ 119; etiam ἀποκατατίθεσθαι, verbum Homeri non proprium, gen. recipit III 817), ἐκφέρειν (IV 710; Ψ 259), ἐξαιρεῖσθαι (III 279, 844, 1013, II 184; Θ 323), ἐξάγειν (IV 751; E 353), ἐκσαῦν (II 1183; δ 501; cum praep. ὑπό et gen. I 10), ὑπολύεσθαι (III 997; A 401), ἐξάπτειν (III 207; Ω 51), ἀπολύειν (II 454, 536, III 1344; φ 46 al.), ἀποτμήγειν (IV 1120; K 364 et X 456), ἀπεργειν (I 865; Ω 238), ἀποπλάζειν (I 1220, II 774, 957; μ 285 et ο 382), ἐξελαύνειν (I 987, IV 1138, 1760; Φ 360), ἀπομοργνύναι: (II 86; E 416), ἀναπνεῖν (II 607; T 227), ἐκπνεῖν (IV 478; ε 322), καταχεῖν (IV 25 et 34; Ψ 282; καταπροχεῖν, verbum Homero non usitatum, cum gen. coniungitur III 1118), μεθέναι: (III 274 et 476; Δ 234 al.).

Praeter haec composita allata alia sunt hue pertinentia, quae in Arg. quidem genetivum admittunt, apud Hom. autem aut hoc easu carent aut, ut aliquot in locis Arg. quoque, cum praepositionibus iungi solent. Congessi haec: ἀνακηίειν (III 227), ἀναθρώσκειν (III 957), ἐκφάνεσθαι (I 1310 et III 855), ἀνιέναι (I 1304; cum praep. ἐκ Z 480 al., ut I 1281, II 165, 913), ἐξανιέναι (IV 293 ὑμετέρης γαίης Ἀχελώιος ἐξανίγσιν; sensu transitivo cum gen. iungitur apud Eur. Bacch. 762, Herc. f. 625, cum acc. Σ 471 φῦσαι... ἀυτῷ ἐξανιεῖσαι. ἐξανιέναι, compositum verbi λέναι et Homero non usitatum, gen.

habet II 459, III 69, 757, IV 318, 562, 759, ut in hymno in Pan. 15.), ἀφικάνειν (I 177 Πελλήνης Ἀχαιΐδος), διακρίνειν (III 1129 οὐ δ' ἄμμε διακρίνει: φιλότητος), διατρίβεσθαι (II 883 passive usurpatum: μή τι διατριβώμεθα πείρης, active β 404 μὴ δηθά διατριβώμεν ὁδοῖο sc. ἐταίρους).

Audacius Ap. verbum ἀνέχειν cum gen. ponit I 673 ἀνὰ δ' ἔσχεθε διειρήνη κυφοῖο μεταφρένου, quo in loco de Polyxone, muliere exactae aetatis dicit, quae caput suum quodam modo e cervicibus senio curvatis attollit. Intransitive Sophocles id verbum translata ratione collocat in Oed. R. 174 οὕτε τόκοισιν ήγίων καμάτων ἀνέχουσι γυναῖκες.

Non existant apud Hom. composita ἀντισπᾶν (II 598 Ἀθηναίη ἀντέσπασε πέτρης sc. νήσια δούρα), ἀποκίδνασθαι: (IV 133), ἀπολέγειν (IV 478), διειλύειν (IV 35 ἀφνειστὸ διειλυσθεῖσα δόμοιο ληιάς), ἐκρύεσθαι (IV 83), ὑπεξερύεσθαι (II 1181), ἐκβλύειν (IV 1417 γαίης ἐκβλύοντα ρόν), ἐξέργυνεσθαι (I 306), ὑποτέλλεσθαι: (II 83 βρυχή δ' ὑπετέλλετ' δόδντων), ἐξανατέλλειν (IV 1423 χθονὸς ἐξανατείλαν ποίην), κατακτεατίζεσθαι (III 136 τῆς sc. σφαίρας οὐ σύγε μείλιον ἄλλο χειρῶν Ἐφαίστοι κατακτεατίσῃ ἀρειον).

De gen. comparationis. περιώσιον, quam vocem Hom. sine casu ponit (cf. Δ 359 al.), Ap. cum gen. ἄλλων iungit I 466 περιώσιον ἄλλων κῦδος ἐνī πτολέμοισιν ἀείρομαι: (cf. hymn. in Cer. 363; Pind. Isth. 5, 3). — Homero frequentatam formulam loquendi ἔξοχον ἄλλων Apollonius semel exhibet IV 792. Superlativo gradui gen. ἄλλων Homero auctore (Ψ 532 et ε 105) apponitur I 180 ποδωκήστατον ἄλλων, II 559 λόσθιον ἄλλων, IV 506 ἄλλάων sc. νήσων ὑπάτην. Praeter hunc alii genetivi in Arg. cum superlativo non coniunguntur, quamquam is usus a natura sermonis Graeci non alienus est. Conferas e. c. λ 482 σειο μακάρτατος. Contra ea Ap. alia ratione superlativum μάλιστα pro comparativo μᾶλλον cum particula ἢ iungit

III 91 πίθοιτό κεν ὅμμι μάλιστα, η̄ ἐμοί. Euripides in Iph. A. 1594 eodem sensu non minus audacter genetivum subiungit: ταύτην μάλιστα τῆς κόρης ἀσπάζεται (cf. Wellauer. adn. ad h. l.).

D. De dativo.

I. De dativo puro.

De dat. e verbis apto. Primum de eorum verborum usu dicamus, quibus significatio generalior est, quam ut una notione comprehendendi possint. Ex his Homeri loquendi consuetudinem retinent: νέμειν I 294 (Γ 274 al.), ὀπάζειν I 167, 326, 345, 511, 837, II 32, 616, 947 (Ν 416 al.), ἀνδάνειν I 697, 717, II 501, 656, 1068, III 350, 912, IV 395 (Μ 80 al.), ἐφανδάνειν I 675, 700, III 34, 171, 485, 537, IV 419 (Η 45 al.), ἀρκεῖν II 1124 (Φ 131 al.), φέλα φρονεῖν II 540 (Δ 219 al.), ηρα φέρειν IV 406 (Ξ 132), χάριν φέρειν IV 1074 (Ε 211), ἔπεσθαι: I 103, 163, III 615, 881, 935, IV 349, 1221 (Β 749 al.), πειθεσθαι: II 324, 413, III 91, 554, IV 858 (Η 282 al.), πεποιθέναι: IV 110, 274, 1465 (Ο 267 al.), ἀμύνειν II 440, III 694, IV 399 (Ε 486 al.), ἐπαμύνειν IV 202 et 490 (Ζ 361 al.), ἀρήγειν* II 715, IV 701, 815 (Β 363 al.), ἐπαρήγειν III 536 (Υ 783), εἶνειν I 805, II 295, 338,

*) Suchierus in commentatione sua, quam inscripsit: animadversiones de dicendi genere, quo Ap. Rh. in Arg. usus est (progr. gymnas. Rintel. a. 1862), p. 26 contendit ἀρήγειν Homero significare „in bello aliquem adiuvarē“, Apollonio „prospicere alicui“. Sed hoc disserimen vere statuere non licet. ἀρ., utriusque poetae idem valet, „adesse alicui“.

III 421, 797, IV 1658 (Ν 225 al.), ὑπείκειν II 23, 590, IV 41, 339, 408 (Α 249 al.), λάχειν I 1314 (Ψ 766), κέλεσθαι III 838 (Κ 419 al.), ἀνωγέναι I 693 et IV 100 (υ 139 et κ 531; at π 339 dat. non e verbo &. sed ex μυθήσασθαι: pendet), ἐπιτέλλειν I 1187 et III 264 (Δ 229 al.), ὑφίστασθαι, „polliceri“, I 412, III 481, 983, IV 89, 341 (Ε 715 al.).

In aliorum autem verborum hue spectantium usu sermo Apollonianus distat aliquid ab Homerico. Velut ἡπύειν IV 230 δεινὰ ἢ πυε λαῷ dativum recipit (cf. Eur. Rhes. 776, Bacch. 984), sed i 399 et κ 83 accus., ut IV 71. προξμυθεῖσθαι dat. adsciscit III 934 (cf. Theocr. 25, 66), apud Hom. autem λ 143 accus., ut in Arg. IV 1011. ἐπευφημεῖν apud Ap. I 556 et IV 295 cum dat. coniunctum habes; cum infinitivo positum A 22 et 376. χραισμεῖν negatione omissa dativum recipit II 218; cum negatione more Homerico (cf. A 28 al.) dativo apponitur II 1225. Commemorem hic III 643 ἀέθλῳ χραισμεῖν idem valere quod ἐπαρήξαι ἀέθλῳ III 536. Verbo εὔχεσθαι („supplicare“) dat. adicitur I 249 et 885, ut A 87 al. Sed I 249 πολλὰ μάλ’ ἀθανάτοισιν ἐς αἰθέρα χειρας ἀειρον εὐχέμεναι dativus e vocibus coniunctis χειρας ἀειρον pendet; item IV 594 χειρας ἀνέσχεθον ἀθανάτοισιν εὐχόμενοι e vocibus χειρας ἀνέσχεθον. εὐχετᾶσθαι uterque poeta cum dativo construit; cf. II 1173 et IV 588, Z 268, O 369 al. — Ad χολοῦσθαι et χώεσθαι verba pari modo apud Ap. atque apud Hom. dativus accedit; cf. I 1332, A 9 al.; II 40 et III 110, A 80 al. ἐπιχώεσθαι autem idque cum dat. causae coniunctum Ap. solus habet; cf. III 367 ἐπεχώσατο μύθοις. — μενεάνειν dativo iunctum reperimus III 69 et O 104 al., μηνιᾶν autem, quo verbo Ap. II 247 τῶ τοι μέγα μηνιάσιν utitur, Hom. non habet. Contra ea Ap. verbo Homerico μηνίειν, quod dat. A 422 al. iungitur, caret.

ἀγασθαι I 141 dativo subiunctum invidendi notionem induit, ut aliquoties in Homeri carminibus; cf. P 71 al.). — ἐπιλλιξειν significatione irridendi praeditum dativo adnectitur IV 389 (III 791); σ 11 autem eidem casui adnexum „nutu vocare aliquem“ valet. — αἰγεῖν II 898 Ἀγκαίῳ πολεῖς γῆγοσαν ἔταιρων contra usum vulgarem dativo additum significat „assentiri alicui“, ut apud Hom. ἐπαινεῖν Δ 29, II 443, Σ 312, X 181, et apud tragicos συναψεῖν (cf. Soph. El. 402; Eur. Rhes. 172). συναψεῖν Ap. quoque semel sic usurpat IV 463 τῷ μὲν τῷ ἔκκαστα συνήνεον ἀλλήλοισιν. Atque ἐπαινεῖν Ap. aut cum accus. obiecti ponit (cf. III 194 et 907), ut Hom. B 335, aut absolute (cf. I 348, III 355, 947), ut Ψ 539. Verbum simplex αἰγεῖν in Hom. carminibus laudandi vim habet et acc. adsciscit (cf. K 294 al.); quem usum Ap. servat IV 503 et 748. Notionis contrariae verbum ἀτέμβεσθαι dativum sibi iungit II 56 ἵνα μὴ μοι ἀτέμβηῃ μετέπισθεν et III 99 ἀτέμβοιμην ἔοι αὐτῇ. Apud Homerum ἀτέμβειν „violare“ significans cum accusativo construitur (cf. υ 294), ἀτέμβεσθαι autem passive usurpatum idemque valens atque „privari aliqua re“ cum genetivo (cf. Ψ 834). — περιδιάλεσθαι (cf. IV 58 Ἐνδυμώνι) et συναρθμεῖν (cf. IV 418 ἐμοῖσι ἐπέεσσι) verba dativo iuncta neque apud Hom. neque alibi occurunt.

Verba, in quibus similitudinis notio inest, Ap. eodem modo quo Hom. usurpat. Conferas ισοῦσθαι III 1108 (γ 212), ισοφαρίζειν I 482 et II 1206 (Z 101 al.), εἴδεσθαι III 72, 968, IV 221, 978, 1616, (B 791 al.). Pro ισάσκεσθαι verbo (cf. Ω 607) Ap. ισάξειν utitur III 1045 θεοῖσιν ισαζέμεν ἀθανάτοισιν.

In iis verbis adhibendis, quae societatem aut contrariam rationem denotant, parvum modo discrimen inter elocutionem Apollonianam et Homericam intercedit. ἐμλεῖν ab Hom. dativo personae adiungitur (cf. Λ 523), ab Ap.

dativo rei I 630 (cf. Pind. Nem. 1, 61; Soph. Ai. 1201 ἐμλεῖν sc. τέρψει, Eur. Or. 354, Ar. nub. 1399. — ἀγοράσθαι eodem quidem modo, quo in Hom. carminibus, usurpatur in Arg.; sed hic semel tantum (II 1226); saepius apud Hom. (cf. A 73 al.). Idem dici potest de verbi ἀραρέναι usu (cf. II 1075; Λ 18 al.). — εύνασθαι cum dat. coniungitur I 24, 137, 626, II 3, IV 895; apud Hom. modo B 821 et II 176. Eodem sensu quo εύνασθαι μίγγυσθαι dativo pers. iungitur IV 1115, 1495, 1737, ut B 232 al.; propria significatione utitur III 1163 ἔτάροις μίκτο et ib. 1223, ut E 143 al. Mirum autem in modum μίσγεσθαι II 1025 μίσγονται χαμάδις ξυνή φιλέτητι γυναικῶν pro dat. personae cum dativo nominis abstracti, ex quo gen. personae pendet, coniungitur. — χρίμπτειν, „appropinquare“, dativo apponitur II 290 et 1081 (cf. Eur. Andr. 530, Ion. 156); de structura huius verbi cum acc. vide supra. Hom. participium χριμφθεῖς κ 516 absolute ponit. Sed verborum πελάζειν et πληγασθαι: structura non recedit ab Homericā; cf. III 1041, IV 637; IV 952; M 112; Ψ 368. Neque magis constructio verborum occurrēti ἀντᾶν IV 845 et 931 (Z 399 al.), συναντᾶν IV 1486 (P 134), ἀντιβολεῖν II 1121, III 68, 941, 1213, IV 1551 (H 114 al.; de structura cum gen. supra monuimus), ἀντιᾶν II 804 et III 1337 (Z 127 al.; de struct. cum gen. vide supra). Eodem sensu atque ἀντιᾶν Ap. ἀντισθαι II 24 et III 1406 utitur; alio Hom. A 67 al. ἀβολεῖν, verbum raro et apud recentiores tantum scriptores usitatum, in Arg. dat. adsciscit II 770 ὡς τ' ἀβόλησαν Λητοῖδη (absolute III 1145). δημαρτεῖν Hesiodus aliique poetae dativo adiungunt (cf. op. 196, 676, theog. 201; Theogn. 1165; Aesch. Eum. 139; Eur. El. 412, Ion. 1151). Idem Ap. I 305 facit. Homerus autem hoc verbum absolute ponit. — Pro ἀπηδεῖν verbo Homero aliisque frequentato (cf. E 216

al.), Ap. δπηδεύειν, quod alibi non exstat, habet IV 675 μῆλα . . δπηδεύοντα νομῆι (absol. ib. 974). E compositis verbis hic pertinentibus unum συμβάλλεσθαι cum Homeri usu congruit (cf. I 311 et 1253; φ 15). συνένειι autem II 1191 cum dat. personae, Γ 66 et Φ 390 cum dat. instrumenti coniungitur. συμφέρεσθαι dat. purum recipit IV 134 Λύκος Φάσιδι συμφέρεται ιερὸν βόν (cf. Eur. Heracl. 919 συμφέρεται τὰ πολλὰ πολλοῖς), dat. instr. Α 736 συμφερόμεσθαι μάχῃ, ut apud Ap. III 183 ἄρηι συνοισόμεθα. Alia composita in Arg. obvia, ut συμβάίνειν IV 258 (Eur. Hel. 1008), συναράσσειν III 1318, συνανέρχεσθαι II 913, συνναίειν II 657 (Soph. Phil. 892, Trach. 1237) ne inveniuntur quidem in Homeri carminibus.

In verborum pugnandi numero δηριάσθαι et δηρίεσθαι in Arg. dativum personae, cum qua quis pugnat, admittunt (cf. IV 1729; I 1343), quem in Iliade et Odyssea non habent. Sed similiter ab utroque poeta adiunguntur dativo: πολεμίζειν II 758 (Ο 539), ἔριδαίνειν I 89 (apud Hom. II 765), μάρνασθαι I 1039 (in Il. I 327 al.). Referri eodem potest ἐγκλᾶν τινι significans „impedimento esse alicui“, quale est in Arg. III 307 ἀτη σωμένοις ἐνέκλασσεν (cf. schol. ad h. l.) neque praeter hunc locum vix alias sic usurpatum reperiatur. ἐνικλᾶν transitive positum Homero Θ 408 et 422 significat „ad irritum redigere aliquid“.

In usurpatione verborum εἰναι, πέλειν, πέλεσθαι, τεύχεσθαι, quae dativo subiuncta, cuius in possessione aliquid sit, denotant, Apollonius Homerum sequitur. εἰναι sic adhibetur I 208, 271, II 231, 854, 882, III 524, 1290 (Ζ 413 al.), πέλειν II 929, 1155, III 627, IV 103, 1236, 1656 (apud Hom. I 592 al.), πέλεσθαι IV 642 (Χ 76), τεύχεσθαι II 1018, 1133, IV 213, 694 (Β 155 al.). εἰναι omittitur, ut i 366 Οὐτις ἔμοι γ' ὅνομα al., ita I 440 ὅμιν μὲν δὴ μοῖρα θεῶν et IV 1742 Τρίτων γὰρ ἔμοι Λιβύη τε τοκῆς.

Iam afferenda sunt ea verba, quae quamquam in aliquem locum venire vel ferri aliiquid declarant, tamen dativum et eum purum sibi iungunt (Delbr. Grundl. p. 54). In usu verborum ἐρείπειν (cf. IV 1447; H 145, Λ 144, Μ 192, Ψ 283, χ 450), αλίνειν (cf. I 595, III 157, IV 1526; Γ 135, Ε 356 saepius), βάλλειν (cf. III 834 et IV 237; H 187), πίπτειν (cf. II 827; Ε 82) Apollonius cum Homeri dicendi genere congruit. Discedit autem ab elocutione Homericā in usu verborum ένειαι IV 79 χέρσῳ πόδαξ ἥκεν Ἰήσων (aliter Ε 125 al.), τέλειειν I 1009 (χέρσῳ) et IV 107 (γαίῃ; aliter Δ 536 al.), ταρχύειν III 208 (χθονί; aliter in Il. ΙΙ 457), πάσσειν IV 443 φάρμακα ἔπασσεν αἰθέρι καὶ πνοιῆσι, πέτεσθαι III 1151 ψυχὴ νεφέεστι μεταχρονίη πεπότητο. Duobus locis I 418 et IV 1704 verbum κομίζειν in eodem enuntiato alternis vicibus cum dativo et praepositione ἐς coniunctum habemus. — φέρειν insolenter in Arg. cum dativo nominis locum denotantis iungitur IV 1391 Τριτωνίδος ὕδατος λίμνης φέρον sc. νῆσον et III 392 Ἐλλάδος πάσῃ θεσπεσίην οἵσω κληηδόνα. Nusquam Ap. huic verbo, formulis loquendi ηρα φέρειν et χάριν φέρειν (vide supra) exceptis personae dativum, quem Homerius aliique poetae adiungere solent (cf. K 288 al.; Soph. Ai. 530, Ο. C. 358 al.), addit. At locutiones χειρας ἀνέχειν IV 539 (cf. Γ 318) et χειρας δεῖσειν I 248 dativum personae recipiunt. Homerius praeter has usurpat χ. πεταννύναι τινι (Δ 523 et Ν 549) et χ. δρέγεσθαι τινι (μ 257), quas Ap. non exhibet.

Verborum quoque compositorum magnus numerus hoc referendus est. Homero congruenter Ap. dativo iungit haec: ἀμφιβάλλειν I 1331 (φ 223 al.), ἀνατοθέναι II 1060, IV 1376, 1386 (X 100 translate), ἐγγίγνεσθαι IV 1561 (Ζ 493), ἐγκρύπτειν I 170 (ε 488), ἐγχρίμπτειν II 398 (Ψ 334), ἐμβάίνειν III 1241 et IV 999 (Ε 199 al.), ἐμβάλλειν I 295, 803 saepius; Ψ 334 al.), ἐμβασιλεύειν I 173, 798, II 358 (ο 413), ἐμπίπτειν I 1029, III

